Dextera cædis erat: repetebā frigus & umbras:  
Et quæ de gelidis exibat uallib? auram.  
Aurā petebatur medio mihi lænis ab æstu.  
Aurā expectabā, reges erat illa labori.  
Aurā: recordor enim: uenias cātare solebā:



Meq; iuues. intresq; sinus gratissima nostros.  
Utq; facis reuelare uelis quibus urimur æstus  
Forſitan addiderim: ſic me mea fata traherent  
Blanditias plures. & tu mihi magna uoluptas  
Dicere ſum ſolitus. tu me reficisq; fouesq;  
Tu facis ut ſiluas ut amē loca ſola: meoq;  
Spiritus iſte tuus ſemp̄ capiatur ab ore.  
Vocibus ambiguus deceptam præbuit aurem  
Nefcio quis. nomenq; auræ tam ſæpe uocatum  
Eſſe putat nymphæ. nympha mihi credit amari.  
Criminis extemplo facti temerarius index  
Procrin adit liguaq; refert audita ſuſurra:  
Credula res amor eſt ſubito collapsa dolore  
Ut mihi narratur: cecidit: longoq; reſecta  
Tempore ſe miſeram: ſe fati dixit iniqu.  
Deq; fide quaſta eſt: & crimine cõcita uano  
Quod nihil eſt metuit. metuit ſine corpore nomē  
Et dolet infelix ueluti de pellice uera.  
Sæpe tamen dubitat. metuitq; miſerrima falli  
Indicioq; fidem negat. & niſi uiderit ipſa  
Dænatura ſui nõ eſt delicta mariti.  
Poſtera depulerat auroræ lumina noctem.  
Egredior ſiluaſq; peto. uictorq; per herbas  
Aura ueni dixi: noſtro medere labori.  
Et ſubito gemitus iter mea uerba uidebar  
Nefcio quos audiſſe: ueni tamen optima dicē  
Fronde leuē ruruſus ſtrepitū faciēte caduca  
Sum ratus eſſe ferā. telūq; uolatile miſi.  
Procris erat. medioq; tenēs in peſtore uulnꝰ  
Hei mihi cõclamat: uox eſt ubi cognita fidæ  
Coniugis ad uocem præcepſit amēsque cucurri:  
Semianimē & ſparſas ſædantem ſanguine uestes  
Et ſua: me miſerę: de uulnere dona trahētē  
Inuenio. corpꝰq; meo mihi carius ulnis  
Mollibꝰ attollo. ſciſſaq; a peſtore ueste  
Vulnera ſua ligo. conorq; ibibere cruorem  
Neu me morte ſua ſceleratum deſerat oro.  
Viribus illa carens & iã moribūda coegit  
Hæc ſe pauca loqui. per noſtri fœdera læti



Perq; deos supplex oro suposq; meosq;e  
Per si qd merui de te bene p; manentem  
Nūc quoq; cū pereō causam mihi mortis amorē  
Ne thalamis auram patiāre innubere nostris.  
Dixit. & errorem tum deniq; nominis esse  
Et sensi & docui: sed qd docuisse iuuabat?  
Labitur. & parua fugiunt cū sanguine uires  
Dūq; aliqd spectare pōt: me spectat. & i me  
Infelicem animā nostroque exalat in ore.  
Sed uultu meliore mori secura uidetur  
Fletibus hęc lacrimās heros memorabat. & ecce  
Aeacus igreditur duplici cū ple. nouoq; arborē  
Milite: quē cephalus cū fortib; accipit armis

### Liber Octauus

Am nitidū regente diem  
nectisq; fugate  
Tempora lucifero cadit eurus:  
& humida surgū  
Nubila. dant placidū cursum  
redeuntibus auri.  
Aeacidis cephaloque: quib;  
feliciter aati

Ante expectatum portus tenuere petitos.  
Interea minos lelegia littora uastat.  
Prætentatque sui uires mauortis in urbem.  
Alcyton: quā nifus habet: cui splēdidus ostro  
Inter honoratos medio de uertice canos  
Crinis inhærebat magni fiducia regni.  
Sexta resurgebant orientis cornua lunæ  
Et pendeat adhuc belli fortuna: diuque  
Inter utrumque uolat dubiis uictoria pennis.  
Regia turris erat. uocalibus addita muris:  
In quibus auratam proles latonia fertur  
Deposuisse lyram. saxo sonus eius inhæsit.  
Sæpe illuc solita est ascendere filia nisi:  
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo:  
Tunc cum pax esset. bello quoq; sæpe solebat



Speāre ex illa rigidi certamīa martis .  
Iamq; mora belli p̄ceꝝ quoq; nomina norat :  
Armaq; equos habitusq; cydoēasq; pharetras  
Nouerāt ante alios faciem ducis europēi.  
Plus etiā q̄ nosse sat ē: hac iudice minos :  
Seu caput abdiderat cristata casside pennis:  
In galea formosus erat: seu sumpserat ære  
Fulgētē clypeū clypeū sumpsisse decebat.  
Torserat adductis hastilia lenta lacertis:  
Laudabat uirgo iunctam cū uiribus artem .  
Impositis calamis patulos sinuauerat arcus  
Sic phœbum sumptis iurabat stare sagittis.  
Cum uero faciem dempto nudauerat ære  
Purpureusq; albi stratis insignia pictis.  
Terga p̄mebat equi: spumantiaq; ora regebat:  
Vix sua uix sane uirgo niseia compos  
Mentis erat, felix iaculum quod tāgeret ille  
Quæq; manu p̄meret felicia frena uocabat.  
Impetus ē illi: liceat mō: ferre p̄ agmen  
Virgineos hostile gradus: est impetus illi  
Turribus e summis ī gnōsia mittere corpus  
Castra uel æratas hosti recludere portas:  
Vel si quid minos aliud uelit: utq; sedebat  
Candida distēi spectans tentoria regis  
Læter ait: doleam ne geri lacrimabile bellū  
In dubio est: doleo quā minos hostis amāti ē.  
Sed nisi bella foret: nūq; mihi cognitus esset.  
Me tamen accepta poterat deponere bellum  
Obside, me comitē me pignus pacis haberet.  
Si quæ te poterit talis pulcherrime regum  
Qualis es ipsa fuit: merito deus arsit in illa.  
O ego ter felix: si pennis lapsa per auras  
Gnōsiaci possem castris insistere regis.  
Fassaque me flāmasq; meas qua dote rogarem  
Vellet emi tantum patrias ne: posceret arces .  
Nam pereant potius sperata cubilia: q̄ sim  
Proditione potēs, quāuis sæpe utile uinci  
Victoris placidi fecit clementia multis .  
Iusta gerit certe pro nato bella perempto .



In causasq; ualet: causamq; tuentib9 armis  
Ut puto uincemur: quis enim manet exit9 urbē  
Cur suus hęc illi referet mea mœnia maioris.  
Et nō noster amor: melius sine cæde moraq;  
Impensa; sui poterit supare cruoris.  
Nam metuā certe: ne quis tua pectora minos  
Vulneret imprudens. q; enī tā dirus: ut ī te  
Dirigere imitem non inscius audeat bastā.  
Cœpta placent & stat sententia tradere mecū  
Dotalem patriam: finemq; imponere bello.  
Vex uelle paz ē. aditus custodia seruat.  
Claustraq; portarū genitor tenet. hūc ego solū  
Infelix timeo, solus mea uota moratur.  
Dii facerent sine patre forē, sibi quisq; pfecto  
Est deus. ignauis p̄cib9 fortuna repugnat.  
Altera iam dudū successa cupidie tāto  
Perdere gauderet quodcūq; obstaret amori.  
Et cur ulla foret me fortiter: ire p̄ ignes:  
Et gladios ausim. nec ī hoc tamen ignib9 ullis  
Aut gladiis opus ē: op9 ē mihi crine paterno  
Ille mihi ē auro p̄tiosior. illa beatam  
Purpura me uotiq; mei factura potētem.  
Talia dicenti curarū maxima nutrix  
Nox interuenit. tenebrisq; audacia creuit.  
Prin a quies aderat: qua curis fessa diurnis  
Pectora sōn9 habet. thalamos taciturna paternos  
Intrat. & heu facinus: fatali nata parentem  
Crine suum spoliat. prædaq; potita nefāda  
Fert secū spolum sceleris. p̄gressaq; porta  
Per medios hostes: meriti fiducia tanta ē:  
Peruenit ad regem: quē sic affata pauētem.  
Suasit amor facin9: p̄les ego regia nisi  
Scylla tibi trado patriamq; meosq; penates:  
Præmia nulla peto nisi te: cape pignus amoris  
Purpureū crinē. nec me nūc tradere crimen  
Sed patriū tibi crede caput. scelerataq; dextra  
Munera porrexit. minos porrecta refugit.  
Turbatusq; noui respōdit imagine facti  
Dii te summoueāt o nostri infamia secli



Orbe suo tellusq; tibi pontusq; negetur.  
 Certe ego nō patiar iouis icunabula creten  
 Qui meus ē orbis tātum contingere nōstrū  
 Dixit. & ut leges captis iustissim⁹ auctor  
 Hostib⁹ iposuit: classis retinacula solui  
 Iussit. & aratas impleri remige puppes.  
 Scylla freto postq̄ deductas nare carinas  
 Nec pręstare ducē sceleris sibi pręmia uidit:  
 Cōsumptis p̄cib⁹ uiolētam trāsit ī iram.  
 Intēdensq; man⁹ sparsis furibūda capillis  
 Quo fugis exclamat meritoꝝ auctore relicta?  
 O patrię pręlate meę: pręlate parenti:  
 Quo fugis imitiss⁹: cuius uictoria nostrū  
 Et scelus & meritum ē. nec te data munera: nec te  
 Noster amor mouit: nec q; spes dñis ī unū  
 Te mea cōgesta ē: iā quo deserta reuertar:  
 In patria? supata iacet. led finge manere  
 Proditione mea clausa ē mihi patris ab ora:  
 Quę tibi donauit. ciues odere merētem:  
 Finitimi exēplū metuūt. obstruxim⁹ orbem  
 Terrę nobis: ut crete sola pateret.  
 Hęc quoq; si p̄hibes: & nos ingrate relinqs:  
 Nō genitrix eur opa tibi ē: sed inospita syrtis  
 Armeięue tigres: aulstroq; agitata carybdis.  
 Nec ioue tu natus. nec mater imagine tauri  
 Lusa tua ē: generis falsa ē ea fabula: ueꝝ  
 Et ferus & captus nulli⁹ amore iuuenę  
 Qui te p̄genuit taurus fuit. exige pœnas  
 Nile pater gaudete malis mō pdita nostris  
 Mœnia nā fateor meruissim⁹ digna perire.  
 Sed tamen ex illis aliquis quos ipia læsi  
 Me p̄imat cur q; uicisti crimine nostro:  
 Insequeris crimen? scelus hoc patrięq; patrisq;  
 Officium tibi sit. te uero cōiuge digna ē  
 Quę toruum ligno decœpit adultera tauꝝ:  
 Discordēq; utero fætum tulit. & qd ad aures  
 Perueniūt mea dicta tuas: an iania uenti  
 Verba ferūt iidemq; tuas ingrate carinas?  
 Iam iā pasiphaen nō ē mirabile tauꝝ



Præposuisse tibi tu plus feritatis habebas.  
Me miseram, pperare iubet, diuulsaq; remis  
Vnda sonat, mecūque simul mea terra recedit.  
Nil agis o frustra meritoꝝ oblite meoꝝ.  
Insequar iuitum, puppimque aplexa recurua  
Per freta longa trabar, uix dixerat, insilit undis:  
Consequiturq; rates: faciēte cupidie uires,  
Gnosiacq; hæret comes iuidiosa carinæ:  
Quā pater ut uidit nā iam pendebat i auris  
Et mō factus auis fuluis alietus in alis,  
Ibat ut hærentem rostro laceraret adūco  
Illa metu puppim dimisit, & atra cadentem  
Sustinuisse leuis ne tangeret æquora uisa ē.  
Pluma fuit, plumis i auē mutata uocatur  
Cirris & attonso ē hoc nomen adepta capillo,  
Vota ioui minos tauroꝝ sanguie centum  
Solut: & egressus ratibus curetida terram  
Contigit: & spoliis decorata ē regia fixis.  
Creuerat ob pbriū generis fœdūq; patebat  
Matris adulteriū mōstri nouitate biformis,  
Destinat hūc minos thalami remouere pudorē:  
Multipliciq; domo cæcisque icludere testis,  
Dædalus igenio fabræ celeberrimꝝ artis  
Ponit opus: turbatq; notas: & limina flexu  
Ducit i errorem uariarū ambage uiarū,  
Non secus ac liquidis pbrigiis meander i undis  
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitq;  
Occurrensque sibi uenturas aspicit undas,  
Et nūc ad fontes nūc ad mare uersus aptum  
Incertas exercet aquas, ita dedalus iplet  
Innumeras errore uias, uixq; ipse reuerti  
Ad limen potuit, tanta ē fallacia testi:  
Quo postq; geminā tauri iuuenisque figuram  
Clausit: & atthæo bis pastū sanguie monstrū  
Tertia sors annis domuit repetita nouenis,  
Vtq; ope uirginea nullis iterata priorum  
Ianua difficilis filo ē inuenta relicto:  
Protinus ægides rapta minoide chiam  
Vela dedit, comitemq; suam crudelis in illo



Littore destituit desertæ & multa querenti  
Amplexusq; & opem liber tulit, utq; pœani  
Sydere clara foret sumptâ de fronte coronâ  
Immisit cœlo, tenues uolat illa p auras.  
Dumq; uolat gêmæ nitidos uertuntur in ignes:  
Cōsistūtq; loco spetie remanēte coronæ  
Qui medi9 nixiq; genu ē anguēq; tenētis  
Dædalus interea creten longuq; posus  
Exilium tactusq; loci natalis amore  
Clausus erat pelago, terras licet igt & undas  
Obstruat, at cœlum certe patet, ibim9 illas.  
Omīa possideat: nō possidet aera minos.  
Dixit, & ignotas animū demittit i artes  
Naturāq; nouat: nā ponit i ordine pennas  
A minima cœptas: longā breuiore sequētem  
Vt diuo creuisse putes, sic rustica quōdam  
Fistula disparib9 paulatim surgit auenis,  
Tūc lino medias & cæris alligat imas.  
Atq; ita cōpositas paruo curuamēte flexit:  
Vt ueras imitetur aues, puer icarus una  
Stabat, & ignarus sua se tractare pericla  
Ore renitenti mō quas uaga mouerat auras:  
Captabat plumas, flauā mō pollice cæram  
Mollibat: lusūq; suo mirabile patris  
Impediebat opus, postq; man9 ultima cœpto  
Imposita ē geminas opifex librauit i alas  
Ipse suum corpus, motaq; pepēdit i aura,  
Instruit & natū, medioq; ut limite curras  
Icare ait moneo: ne si demissior ibis:  
Vnda grauet pēnas: si celsior ignis adurat.  
Inter utrūq; uola, neu te spectare boetē:  
Aut elicen iubeo stricūq; orionis ense.  
Me duce carpe uia, pariter prœcepta uolandi  
Tradit, & ignotas humeris accomodat alas  
Inter opus moitusq; genæ maduere seniles.  
Et patris tremuere manus, dedit oscula nato  
Nō itez repetēda suo pēnisq; leuatus  
Ante uolat comitiq; timet: uelut ales ab alto  
Quæ tenerā plē pduxit i aere nido.



Hortaturq; sequi. dānosq; erudit artes  
Et mouet ip̄e suas: & nati respicit alas.  
Hos aliq; tremula dū captat arūdie pisces  
Aut pastor baculo: stiuq; innixus arator  
Vidit. & obstupuit: quiq; æthera carpere possent  
Credidit esse deos: & iā iunonia læua  
Parte samos fuerat delosq; parosq; reliæ.  
Dextra lebitos erat: fecundaq; melle caline  
Cū puer audaci cœpit gaudere uolatu:  
Deseruitq; ducem: cœliq; cupidie captus  
Altr̄ egit iter. rapidi uicinia solis  
Mollit odoratas pennarū uincula cæras.  
Tabuerāt cærx. nudos quatit ille lacertos.  
Remigioq; carens nō ullas percipit auras.  
Oraq; cærulea patriū clamātia nomen  
Excipiūtur aqua: quæ nomen traxit ab illo  
At pater infelix nec iā pater: icare dixit  
Icare dixit ubi es: qua te regione regram?  
Icare clamabat pennas aspexit i undis.  
Deuouitq; suas artes: corpusq; sepulchro  
Cōdidit. & tellus a nomine dicta sepulchri.  
Hunc miseri tumulo ponentē corpore nati  
Garrula ramosa p̄spexit ab ilice perdix.  
Et plausit p̄enis: testataq; gaudia cantu est  
Vnica tūc uolucris nec uisa priorib; annis  
Factaq; nup̄ auis longū tibi dedale crimen.  
Nanq; hīc tradiderat fatoꝝ ignara docēdā  
Progeniem germana suam natalibus aptis  
Bis pueꝝ senis animi ad præcepta capacis.  
Ille etiam medio spinas i pisce notatas  
Traxit i exemplū: ferroq; icidit acuto  
Perpetuos dentes & ferræ repperit usum  
Prim; & ex uno duo ferrea brachia nodo.  
Iunxit ut æquali spacio distātib; illis  
Altera pars staret pars altera duceret orbē  
Dædalus inuidit: sacraq; ex arce minerarū  
Præcipitē misit lapsum mentit;. at illū  
Quæ fauet igeniis excepit pallas. auēq;  
Reddidit. & medio uelauit i aere pennis.



Sed uigor ingenii quōdam uelocis in alas  
 Inq; pedes abiit: nomen quod & ante remansit  
 Non tamen hæc alte uolucris sua corpora tollit  
 Nec facit i ramis altoq; cacumie nidos:  
 Propter humū uolitat, ponitq; i sepibus oua:  
 Antiquiq; memor metuit sublimia casus.  
 Iamq; fatigatū tellus æthæa tenebat  
 Dædalon, & sumptis p supplice crocalus armis  
 Mitis habebatur: iā lamentabile atbenæ  
 Pendere desierant thesea laude tributum.  
 Tempa coronatur, bellatricemq; mineruam  
 Cum ioue diisq; uocant aliis quos sanguie uoto  
 Muneribusq; datis & aceruis thuris honorat.  
 Sparserat argolicas nomen uaga fama p urbes  
 Theseos, & populi: quos diues achaia cepit:  
 Huius opem magnis iplorauere periclis.  
 Hui9 opē calydon: quis meleagron haberet:  
 Sollicita supplex petit pce causa petendi  
 Sus erat infestæ famulus uidexq; dianæ.  
 Oenea nāq; ferūt plenis successib9 anni  
 Primicias frugū cereri sua uina lico  
 Palladios flauæ latices libasse mineræ.  
 Coeptus ab agricolis supos puenit ad omnes  
 Ambiciosus honor, solas sine thure reliqas  
 Præteritas cæssasse ferūt lathoidos aras  
 Tangit & ira deos, at nō impune ferem9:  
 Quæq; ihonoratæ non & dicemur inultæ  
 Inq;: & ætneos ultorē spreta p agros  
 Misit aprū: quāto maiores herbida tauros  
 Non habet epirus: sed habet sicula arua minores  
 Sanguie & igne micāt oculi, riget horrida ceruix.  
 Et setæ densis similes hastilib9 horrēt  
 Stātq; uelut uallū uelut alta hastilia setæ.  
 Feruida cū rauco latos stridore per armos  
 Spuma fluit, dentes æquantur dentib9 idis.  
 Fulmen ab ore uenit, frōdesq; afflatib9 ardēt.  
 Is mō crescētes segetes pculcat i herba.  
 Nūc matura metit fleturi uota coloni.  
 Et cererē i spicis intercipit, arca frustra



Et frustra expeant pmissas horrea menses.  
Steruntur grauidi lōgo cū palmite foetus:  
Bacc̄ aq; cū ramis semp̄ frondentis oliuæ .  
Sæuit & i pecudes. nō has pastorue canisue:  
Non armēta truces possunt deffendere tauri:  
Diffugiūt populi. nec se se i mœnib⁹ urbis  
Esse putāt tutos: donec meleagros & una  
Lestā man⁹ iuuenū coiere cupidine laudis.  
Tyndaridæ gemini præstātes cestib⁹ alter :  
Alter equo: primæq; ratis mollitor iason.  
Et cum perithoo felix cōcordia theseus :  
Et duo thestiade: ples ephyreia toxeus  
Plexippusq; ferox teloq; insignis achastus  
Et uelox idas: & iā non fœmina cæneus .  
Hippocho⁹q; dryasq; & cret⁹ amitore phœnix  
Aatoridæq; pares: & missus ab elide pileus.  
Nec thelamon aberat: magniq; creator achillis:  
Cumq; phereciade & hiantheo iolao  
Impiger erithion: cursuq; inuiatus ethion:  
Nariciusq; lelex: panope⁹ hyleusq; feroxq;  
Hippasus. & primis etiā nūc nestor i annis:  
Et quos hippochoon antiq; misit amicis :  
Penelopesq; socer cū parrasio anceo:  
Amphitidesq; sagax & adhuc a cōiuge tatus  
Oeclides: nemorisq; decus tegæa lycei  
Venit & athlātis cenei pulcherrima uirgo.  
Rasilis hic summā mordebat fibula uestem.  
Crinis erat simplex nōdū collect⁹ i unum .  
Ex humero pēdens resonabat eburnea læuo  
Teloz̄ custos: arcū quoq; læua tenebat.  
Talis erat cultu facies: quā dicere uere  
Virginēā i puero: puerilē in uirgine posses.  
Hāc pariter uidit: pariter calidoni⁹ heros  
Optauit renuēte deo. flāmasq; latentes  
Hauit: & o felix si quē dignabitur iquit  
Ista uir: nec plura finit temp⁹q; pudorq;  
Dicere maius opus magni certaminis urget.  
Sylua frequēs trabib⁹: quā nulla ceciderat atas  
Incipit a plano deuexaq; p̄spicit arua .



Quo postq̄ uenere uiri: pars retia tēdūt  
Vincula p̄ars adimūt canibus. pars p̄ssa sequūtur  
Signa pedum: cupiūtq; suum reperire periclū. *scilicet*  
Cocaua uallis erat: quo se demittere rui  
Assuerāt pluuiialis aquæ. tenet ima lacunæ. *colla*  
Lenta salix. ulnæq; leues uiciq; palustres:  
Vimiq; & longæ pua sub arūdine cānæ.  
Hinc aper excitus medios uolentus ī hostes  
Fertur. ut excussis elisis nubib; ignes *sonant*  
Sternitur ī cursu nem; & ppulla fragorē  
Silua dat. exclamant iuuenes p̄tentq; forti.  
Tela tenēt dextra lato uibrātia ferro. *scilicet*  
Ille ruit spargitq; canes ut quisq; furenti  
Obstat. & obliquo latrantes dissipat iatu.  
Cuspis echionio primū cōtorta lacerto *scilicet*  
Vana fuit: trūcoq; dedit leue uuln; acerno. *scilicet*  
Proxima si nimis mittetis uirib; usa *scilicet*  
Non foret ī tergo uisa ē hæsura petito.  
Longius it. teliq; actor pegaleus iason.  
Phœbe ait amphitides: si te coluq; coloq;  
Da mihi quod petitur certo cōtingere telo.  
Qua potuit p̄cib; deus annuit: iat; ab illo ē:  
Sed sine uulnere ap. ferq; diana uolanti  
Abstulerat iaculo. lignū sine acumie uenit.  
Ira feri mota ē. nec fulmine læni; arsit.  
Emicat ex oculis spirat quoq; pectore flāmas.  
Utq; uolat moles adducto cōcita neruo  
Cum petit aut muros aut plenas milite turres.  
In iuuenes certo sic ipete uulnificus sus  
Fertur. & hippalem on pelagonaq; dextra tueñtes  
Cornua p̄sternit socii rapuere iacētes.  
At nō lztiferos effugit elesinus iāus  
Hippocoōte satus. trepidantem & terga parātē  
Vertere succiso liquerūt poplite nerui.  
Forsitan & pilus citra troiana perisset  
Tempora. sed sumpta posito conamie ab basta  
Arboris isiluit: quæ stabat p̄xima: ramis  
Despexitq; loco tutus: quē fugerat hostē.  
Dētib; ille ferox ī querno stipite tritis



Imminet exitio, fidensq; recētib; armis  
Orithiæ magni rostro femur hausit adunco.  
At gemini nōdum cælestia sydera fratres  
Ambo cōspicui niue cādidiōribus ambo  
Vegebātur equis: ambo uibrata p̄ auras  
Hastar; tremulo quatiebāt spicula motu.  
Vulnera fecissent: nisi setiger inter opacas  
Nec iaculis isset nec equo loca puia siluas.  
Prosegtur thelamon, studioq; incautus eūdi  
Pron⁹ ab arborea cecidit radice retentus.  
Dum leuat hūc peleus: celerem tegea sagittā  
Imposuit neruo: sinuatq; expulit arcu  
Fixa sub aure feri summū distinxit arūdo  
Corpus: & exiguo rubefecit sanguine setas.  
Nec tamen illa sui successu lætior iæus  
Qua meleagrus erat, prim⁹ uidisse putatur:  
Et prim⁹ locus uisum offēdisse cruorem:  
Et meritū dixisse feres uirtutis bonorem.  
Erubere uiri, seq; exhortantur, & addūt  
Cum clamore aīos, iaciūtq; sine ordie tela.  
Turba nocet iactis: & quos petit ipedit iæus.  
Ecce furēs cōtra sua fata bipennifer arcas:  
Discite fœmineis qd tela uirilia præstēt  
O iuuenes operiq; modo concedite: dixit.  
Ipsa suis licet hūc latonia p̄regat armis:  
Inuita tamen hūc perimet mea dextra diana.  
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore  
Ancipitemq; manu tollēs utraq; securim  
Institerat digitis primos suspēsus ī artus.  
Occupat audentem, quaq; ē uia p̄xima læto  
Summa ferus geminos direxit ad inguīa dentes  
Cōcidit anthæus glomerataq; sanguīe multo  
Viscera lapsa fluūt, madefactaq; terra cruore ē  
Ibat ī aduersum p̄les ixiōnis hostē  
Peritho⁹ ualida quatīēs ueābula dextra:  
Cui p̄cul ægides: o me mihi carior inqt  
Pars animæ cōsiste meæ, licet eminus esse  
Fortib⁹ anthæo nocuit temeraria uirt⁹.  
Dixit, & ærata torfit graue cuspide cornu :



Cui bene librat o uotiq; potente futuro  
Obstitit esculea frōdosus ab arbore ramis.  
Misit & ælonides iaculū: q; casus ab illo  
Vertit. & i mētum figit latrātis: & inter  
Illa coniectū tellure p̄ ilia fixum est :  
At manus oenide uariat. missisq; duabus  
Hasta prior terra: medio stetit altera tergo  
Nec mora dū sœuit: dū corpora uersat i orbē:  
Stridētēq; nouo spumā cū sanguie fundit:  
Vulneris autor adest: hostēq; irritat ad iram.  
Splēdidāq; aduersos uenabula cōdit i armos.  
Gaudia testātur socii clamore secundo:  
Viātricēq; petūt dextrā coniūgere dextrā  
Immanēq; feram multa tellure iacentem  
Mirātes spectāt neq; enim. cōtingere tutum  
Esse putant. sed tela tamen sua qsq; cūentat.  
Ipse pede iposito caput exitiabile p̄ssit .  
Atq; ita summe mei spoliū non acria iuris  
Dixit: & i partem ueniat mea gloria tecū.  
Protinꝰ exuuias rigidis horrētia letis  
Terga dat. & magnis insignia dentibus ora.  
Illi lætitiæ ē cū munere muneris auctor.  
Inuidere alii. totoq; erat agmine murmur :  
E quibꝰ igenti tēdentes brachia uoce  
Pone age: nec titulos intercipe fœmia nostros  
Thestiade clamāt: nec te fiducia formæ  
Decipiat. ne sit longæ tibi captus amore  
Autor: & huic adimūt munꝰ. ius muneris illi  
Non tulit: & tumida frēdens mauortiꝰ ira  
Discite raptores alieni dixit honoris  
Facta minis q̄tum distent: ausitq; nefando  
Peāora plexippi nil tale timētia ferro.  
Toxea qd faciat dubiū pariterq; uolētem  
Vlcisci fratrem fraternaq; fata timētem  
Haud patitur dubitare diu: calidūq; prioris  
Cæde recalfecit cōsorti sanguie telū.  
Dona deū templis nato uictore ferebat:  
Cū uidet extinctos fratres altea referri:  
Qui plāgore dato mœstis clamoribꝰ urbem



Implet, & auratas mutauit uestibus atris .  
At simul ē autor necis editus: excidit omnis  
Luctus, & a lacrimis i pœnæ uersus amorē  
Stipes erat: quē cū partus enixa iaceret  
Thestias in flāma triplices posuere sorores.  
Staminaq; imp̄sso fatalia pollice nentes  
Tempora dixerūt eadem lignoq; tibiq;  
O modo nate dam⁹. quo postq̄ carmie dicto  
Excessere dex̄a flagrātem mater ab igne  
Erripuit ramū sparlitq; liquētib⁹ undis.  
Ille diu fuerat penetrabil⁹ abditus imis  
Seruatusq; tuos iuuenis seruauerat annos .  
Protulit hūc genitrix. tædasq; & fragmina poni  
Impat. & positis inimicos admouet ignes.  
Tum conata quater flāmis imponere ramū  
Cœpta quater tenuit. pugnat materq; sororq;  
Et diuersa trabūt unū duo noīa peccat⁹.  
Sæpe metu sceleris pallebāt ora futuri .  
Sæpe suum feruēs oculis dabat ira ruborē  
Et mō nescio qd̄ similis crudele minātū  
Vultus erat: nō quē misereri credere posses.  
Cūq; ferus lacrimas animi siccauerat ardor  
Inueniebātur lacrimæ tamen: utq; carina ;  
Quā uentus uentoq; rapit cōtrarius æstus  
Vim geminā sentit: paratq; incerta duobus.  
Thestias haud aliter dubiis affectibus errat.  
Inq; uices ponit: positamq; resuscitat iram.  
Incipit esse tamen melior germana parente.  
Et cōsanguineas ut sanguine leniat umbras  
Impietate pia ē: nā postq̄ pestifer ignis  
Cōualuit rogas iste cremet mea uiscera dixit .  
Utq; manu dira lignū fatale tenebat:  
Ante sepulchrales infelix astitit aras.  
Pœnarq; dex̄a triplices furialibus ingit  
Eumenides sacris uult⁹ auertite uestros.  
Uiscor facioq; nefas. mors morte pianda ē.  
In scelus addendū scelus ē i funera funus.  
Per coaceruatos pereat dom⁹ impia luctus .  
An felix oeneus nato uictore fruetur:



Theſti⁹ orbis erit: melius lugebitis ambo.  
Vos modo fraterni manes animæq; recentes  
Officium ſentite meū. magnosq; paratas  
Accipite iferias uteri mala pignora noſtri.  
Hei mihi quo rapior: fratres ignoſcite matri.  
Deficiūt ad cœpta man⁹. meruiſſe fatemur  
Illum cur pereat. mortis mihi diſplicet auator.  
Ergo ipſe feret uiuulq; & uictor & ipſo  
Successu tumidus regnū calidonis habebit?  
Vos cinis exiguus gelidæq; iacebitis umbræ:  
Haud equidē patiar. pereat ſcleratus: & ille  
Spēq; patris regnūq; trahat patriæq; ruinā  
Mens ubi materna ē? ubi ſunt pia uota parentū?  
Et quos ſuſtinui mēſes biſq; labores  
O utinā primis arſiſſes ignib⁹ ifans:  
Idq; ego paſſa forē uixiſti munere noſtro:  
Nūc merito moriere tuo. cape præmia facti.  
Biſq; datā primū partu: mox ſtipite raptō  
Redde aiām uel me fraternis adde ſepulcris.  
Et cupio: & nequeo. qd agā? mō uulnera fratrū  
Ante oculos mihi ſunt. & tātæ cædis imago:  
Nūc aiām pietas maternaq; noiā frāgūt.  
Me miſeram male uincetis: ſed uincite fratres  
Dūmodo quæ dederō uobis ſolatia uoſq;  
Ipſa ſequar: dixit. dextraq; aduerſa tremēt  
Funereū torrē medios cōiecit i ignes.  
Aut dedit: aut uiſus gemit⁹ ē ille dediffe  
Stipes: & iuitis correptus ab ignib⁹ arſit.  
Inſci⁹ atq; abſens flāma meleagrus ab illa  
Vritur. & cæcis torreri uiſcera ſentit  
Ignib⁹ ac magnos ſupat uirtute dolores.  
Quod tamen ignauo cadat & ſine ſanguine læto  
Mæret: & antæxi felicia uulnera dixit.  
Grādænumq; patrē: fratresq; piæq; ſorores  
Cū gemitu ſociæq; thori uocat ore ſupmo:  
Forſitan & matrē. creſcūt ignisq; dolorq;:  
Languelcūtq; itex. ſimul ē extictus uterq;  
Inq; leues abiit paulatim ſpiritus auras  
Paulatim cana prunā uelâte fauilla.



Alta iacet calidon .Iugēt iuuenesq; senesq; :  
Et uulguſ p̄ceresq; gemūt.ſciſſaq; capillos  
Plangūt ora ſimul matres calidoīdes:heu heu  
Pulvere caniciem genitor uultusq; ſeniles  
Fœdat bumi fuſus.ſpatioſumq; icrepat æuū.  
Nam de matre man⁹ diri ſibi cōſcia facti  
Exegit pœnas aëto p̄ uſcera ferro.  
Nō mihi ſi centum deus ora ſonātia linguis  
Ingeniūq; capax totūq; heliconā dediffet:  
Triffia p̄ſequerer miſeray uōta ſororū.  
Immemores decoris liuētia p̄tōra tundunt .  
Dumq; manet corp⁹ .corp⁹ reſouētq; fouētq; .  
Oſcula dāt ipſi poſito dāt oſcula leato .  
Poſt cinerē cineres hauſtos ad p̄tōra p̄ſſant:  
Affuſaq; iacent tumulo.ſignataq; ſaxo  
Nomina complexæ lacrimas i nomina fundūt .  
Quas poſt oenix tandem latonia clade  
Exſatiata dom⁹ p̄t̄er gorgēq; nūq;  
Nobilis alcmene natis i corpore p̄nis  
Alleuat:& longas p̄ brachia porrigit alas.  
Corneaq; ora facit.uerſaq; p̄ aera mittit .  
Interea theſeus ſociati parte laboris  
Funē⁹ eritheas tritoīdos ibat ad arces.  
Claufte iter:ſecitq; moras achelous eunti  
Himbre rumēs:ſuccede meis ait inclyte teatis  
Cecropide nec te cōmitte rapacib⁹ undis.  
Ferre trabes ſolidas obliquaq; uoluere magno  
Murmure ſaxa ſolent.uidi contermina ripæ  
Cū gregibus ſtabula alta trahi.nec fortib⁹ illic  
Proſuit armētis nec equis uelocib⁹ eſſe.  
Multa quoq; hic torrēs niuib⁹ de monte ſolutis  
Corpora turbineo iuuenilia uertice merſit.  
Tutior ē reges:ſolito dū flumina currāt  
Limite:dū tenues captat ſuus alueus undas.  
Annuit ægides:utorque acheloe domoq;  
Cōſilioq; tuo reſpondit.& uſus utroq; ē.  
Pumice multicauo nec læuib⁹ atria tophis  
Struata ſubit:molli tellus erat humida muſco.  
Sūma lacunabāt alterno murice conchæ



Iamq; duas lucis partes hyperione menso  
Discubere thoris these? comitesq; laboz  
Hac isonides, illa troezenius heros  
Parte lelex raris ia? sparsus tempora canis:  
Quosq; alios parili fuerat dignatus honore  
Amnis acarnanum latissim? hospite tanto.  
Protinus appositas nudæ uestigia nymphæ  
Instruxere epulis mēsas dapibusq; remotis  
In gēma posuere meq;: tū maxim? heros  
Aequora p?spiciēs oculis subiecta: quis iquit  
Ille locus: digit oq; ostēdit, & insula nomen  
Quod gerat illa doce: q̄q; nō una uidetur.  
Amnis ad hęc, nō ē inqt qu' cernim? unū.  
Quinq; iacent terræ, spatiū discrimīa fallit.  
Quoq; min? spretæ factum mirere dianæ:  
Nayades hęc fuerāt: quæ cū bisq; iuuenos  
Maestissent rurisq; deos ad sacra uocassent:  
Immemores nostri festas duxere choreas.  
Intumui: quātusq; feror cū plurim? unq;  
Tantus eram pariterq; animis imanis & undis  
A siluis siluas & ab aruis arua reuulsi.  
Cūq; loco nymphas memores tū deniq; nostri  
In freta peruolui, fluat? nosterq; marisq;  
Continuā deduxit humū: pariterq; reuellit  
In totidē mediis quot cernis eebimadas ūdis.  
Ut tamen ipse uides: pcul en pcul una recessit  
Insula grata mihi, perimelē nauita dixit.  
Huic ego uirginē dilectæ nomen ademi:  
Quā pater hippodamas ægre tulit, iq; pfūdū  
Protulit e scopulo perituræ corpora natæ.  
Excepi nātemq; ferēs o p̄xima terræ  
Regna uagæ dixi sortite tridentifer undæ  
In quo delinim?: quo sacri currimus amnes:  
Huc ades atq; andi placidus neptune p̄cantem.  
Huic ego: quā porto nocui, sis mitis & æquus  
Si pater hippodamas: aut si min? impi? esset:  
Debuit illi? misereri: & ignoscere nobis.  
Cui quōdam tellus clausa ē feritate paterna  
Affer opē, merisq; p̄cor feritate paterna



Da neptune locū: uel sit locus ipsa licebit  
Hūc quoq; cōplectar: mouit caput æquoreꝝ rex:  
Concussitq; suis omnes assensibus undas.  
Extimuit nymphæ: nabat tamen: ipse natantis  
Pectora tangebam trepido salientia motu.  
Dumq; ea cōrecto: totum durefcere sensi  
Corpus: & iducta condi præcordia terra  
Dum loquor amplexa ē artꝝ noua terra natātes  
Et grauis increuit mutatis insula membris.  
Annis ab his tacuit. factum mirabile cunctos  
Mouerat irridet credentes: utq; deoz  
Spretor erat mentisq; ferox ixiōe natus  
Ficta refers: nimiūq; putas acheloe potentes  
Esse deos dixit: si dant adimuntque figuras.  
Obstupere omnes: nec talia dicta pbarunt.  
Ante omnesque lelex animo maturus & æuo  
Sic ait. in mensa est finemque potentia coli  
Non habet. & q̄qd̄ superi uoluere peractum ē.  
Quoq; minus dubites tilix contermia querꝝ  
Collibꝝ ē phrigiis modico circūdata muro.  
Ipse locum uidi: nā me pelopeia pitheus  
Misit in arua suo quōdā regnata parenti  
Haud pcul hic stagnū ē tellus habitabilis olim  
Nunc celebres mergit fulicisq; palustribus ūdæ.  
Iuppiter huc specie mortali cūq; parente  
Venit athlātiades positus caducifer alis.  
Mille domos adiere locū regemq; petētes.  
Mille domos clausere feræ. tamen una recepit  
Parua qdē stipulis & cāna teæa palustri.  
Sed pia baucis anus pariliq; ætate pilemon  
Illa sunt annis iunæi iuuenilibꝝ. illa  
Consenuere casa. paupertatemq; ferendo  
Effecere leuē nec iniqua mēte ferendam.  
Nec refert dominos illic famulos ne requiras.  
Tota domꝝ duo sunt. idem parētz iubētq;  
Ergo ubi calicolæ paruos tetigere penates:  
Sūmissosq; humiles intrauit uertice postes:  
Mēbra senex posito iussit releuare sedili:  
Quod sup̄ iniecit textū rude sedula baucis.



Inde foco tepidū cinerē dimouit. & ignes  
Suscitāt externos. folijsq; & cortice sicco  
Nutrit: & ad flāmas anima pducit anili.  
Multifidasq; faces ramaliaq; arida teo  
Detulit. & minuit paruq; admouit abeno  
Quodq; suus cōiunx rigo collegerat horto:  
Truncat olus folijs. furca leuat ille bicorni.  
Sordida terga suis nigro pendentia tigno.  
Seruatoq; diu refecat de terгоре partem  
Exiguam sectāq; domat feruentib; undis.  
Interea medias fallūt sermonibus horas.  
Sentiriq; morā p̄hibēt. erat alueus illic  
Fagineus dura clauo suspensus ab ansā.  
Is tepidis impletur aquis. artusq; fouendos  
Accipit. i medio thorus ē: de mollibus uluis  
Cōficiuntq; thox de molli fluminis ulua:  
Imponi is lecto sponda pedib; q; salignis  
Vestibus hūc uelant: quas nō nisi tēpore festo  
Sternere cōsuerāt. sed et hęc ulisq; uetusq;  
Vestis erat lecto nō indignāda saligno  
Accubuere dei mensam succiā tremensq;  
Ponit anus. mensā sed erat pes tertius impar  
Testa parent fecit: quæ postq; subdita cliuam  
Substulit æquatū mente extorsere uirentes  
Ponitur hic bicolor sinceræ baccha mineræ  
Conditāq; i liquida corna autūalia fete:  
Intibaq; & radix: & lactis massa coacti:  
Ouaq; nō acri leniter uersata fauilla:  
Omnia stilibus. post hęc cælatus eodem  
Sistitur argento: crater fabricataq; fago  
Pocula: quæ caua sunt flauentibus illita ceris.  
Parua mora ē: epulasq; foci miscere calentes.  
Nec longe rursus referuntur uina senectæ  
Dantq; locū mensis paulū seducta secundis.  
Hic nux hic mista ē rugosis carica palmis  
Pomaq; & i patulis redolentia mala canistris:  
Et de purpureis collectæ uitibus uux.  
Candidus i medio fauus ē. sup omia uultus  
Accessere boni: nec inbers. paupque uolūtas.



Interea toties haustu cratera repleti  
Sponte sua: p seque uidet succrescere uina.  
Attoniti nouitate pauet: manibusque supinis  
Concipiunt baucisque preces timidusque pylemon.  
Et ueniam dapibus nullisque paratibus orant.  
Unicus anser erat minimae custodia uillae:  
Quae diis hospitibus domini mactare parabat.  
Ille celer penna tardos etate fatigati  
Eluditque diu: tandemque est uisus ad ipsos  
Confugisse deos superi uetere necari.  
Diique summi meritasque laet uicinia poenas  
Impia dixerunt: uobis immanibus huius  
Esse mali dabitur, modo uestra relinquitte testa  
Ac nostros comitate gradus: & in ardua motis  
Ite simul: parat. & diis praeeuntibus ambo  
Membra leuat baculis: tardisque senilibus anis  
Nituntur longo uestigia ponere diuo.  
Tantum aberat summo: quantum semel ire sagitta  
Missa potest flexere oculos, & mersa palude  
Caetera prospiciunt tantum sua testa manere.  
Dumque ea mirantur dum deflent fata suorum  
Mersa uidet quaeque sua pia culmina uillae.  
Illa uetus domus & iam casa parua duobus  
Vertitur in templum, furcas subiere columnae.  
Stramina flauescunt, aurataque testa uidentur:  
Caeteraque fores, adoptaque marmore tellus  
Concipiunt baucisque preces timidusque pylemon  
Talia cum placido saturnus edidit ore.  
Dicite iuste senex & foemina coniuge iusto  
Digna quod optetis, cum baucide pauca locutus  
Iudicium superis aperit comune pylemon.  
Esse sacerdotes delubraque uestra tueri  
Possumus, & quoniam concordem egimus annos:  
Auferat hora duos eadem, nec coniungis unquam  
Busta meae uideam: neu sum tumultuosus ab illa.  
Vota fides sequitur, templi tutela fuere:  
Donec uita data est, annis quoque soluti  
Ante gradus sacros cum starent forte locique  
Narraret casus frondere pylemona baucis:



Baucida cōspexit senior frondere pylemon :  
Iamq; sup geminos crescente cacumie uultus :  
Mutua dum licuit reddebāt dicta: ualeq;  
O cōiūx dixere simul: simul abdita texit  
Ora frutex. ostendit adhuc tineius illic  
Incola de gemino uicinos corpore trūcos:  
Hæc mihi non uani: nec erat cur fallere uellēt:  
Narrauere senes. eqdem pēdentia uidi  
Serta sup ramos. ponensq; recētia dixi  
Cura deū dii sint: & qui coluere colātur.  
Desierat. cūq; osq; & res & mouerat auctor:  
Theſea præcipue: quē facta audire uolentem  
Mira deū nixus cubito calidoni? amnis  
Talibus alloqitur. sunt o fortissime quorū  
Forma semel mota ē. & i hoc renouamie mansit.  
Sunt qbus i plures ius ē trāsire figuras.  
Ut tibi cōplexi terram maris incola ptheu.  
Da mō te iuuenē mō te uidere leonē.  
Nūc uiolentus aper: nūc quē tetigisse timerēt  
Anguis eras. mō te faciebāt cornua tauū.  
Sæpe lapis poteras: arbor quoq; sæpe uideri.  
Interdū faciē liquiday imissus aquay  
Flumen eras: interdū undis cōtrari? ignis .  
Nec min? autholici cōiunx erisitone nata  
Iuris habet: pater hui? erat q numia diuum  
Sperneret & nullos aris adoleret honores.  
Ille etiam cæreale nem? uiolasse securi  
Dicitur. & lucos ferro temerasse uetustos.  
Scabat i his ingēs annoso robore quercus  
Vna nem?: uittæ mediā memoresq; tabellæ  
Sertaq; cigebāt uoti argumēta potētis.  
Sæpe sub hac dryades festas duxere choreas:  
Sæpe etiam manib? nexis ex ordine trūci  
Circuiere modū. mēsurayq; roboris ulnas  
Quinq; ter i plebat. nec nō & cætera tantum  
Sylua sub hac omnis quātū fuit herba sub illa.  
Non tamen iccirco ferrū dryopeius ab illa.  
Abstinit. famulosq; iubet succidere sacrū  
Robur. & ut iustos cūctari uidit ab uno



Edidit hæc rapta sceleratus uerba securi  
Non dilecta deæ solū: sed & ipsa licebit  
Sit dea iā tenget frōdente cacumie terrā .  
Dixit: & obliquos dū telū librat ī iæus  
Contremuit gemitumq; dedit dodonida quercū  
Et pariter frōdes pariter pallefcere glādes  
Cœpere ac longi pallorē ducere rami.  
Cui⁹ ut ī trunco fecit manus īpia uuln⁹  
Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis  
Quā solet ante aras īgens ubi uictima taurus  
Cōcidit abrupta cruor e ceruice p̄fundi.  
Obstupuere omnes. aliq; ex omib⁹ audet  
Deterrere nephas: sæuāq; imbibere bipēnē.  
Aspicit hūc mentisq; piæ cape præmia dixit  
Thessalus inq; uix cōuertit ab arbore ferrū.  
Detrūcatq; caput repetitaq; robora cædit.  
Editus e medio son⁹ ē de robore talis:  
Nympha sub hoc ego sū cereri gratissima ligno  
Quæ tibi factoz pœnas instare tuoz  
Vaticinor moriēs nostri solatia leti.  
Profēqtur scelus ille suum labefactaq; tandē  
Icibus īnumeris adductaq; sinib⁹ arbor  
Corruit. & multam. p̄strauit pondere sylvam.  
Attonitæ driades dāno nemozq; suoq;  
Omnes germanæ cererē cū uestib⁹ atris  
Mœrentes adēūt pœnāq; erisithois orāt.  
Annuit his: capitisq; sui pulcherrima motu  
Cōcussit grauidis oneratos messibus agros.  
Moliturq; genus pœnæ miserabile si nō  
Ille suis esset nulli miserabilis ætis:  
Pestifera lacerare fame: quæ quaten⁹ ipsi  
Non adeunda deæ: neq; enim cererēq; famēq;  
Fata coire sinūt: mōtani numinis unā  
Talibus agrestē cōpellat oreada dictis.  
Est locus extremis. scythiæ glacialis in oris  
Triste solū sterilis sine fruge sine arbore tellus  
Frigus inbers: illic habitat pallorq; tremorq;  
Et ieiuna fames ea se ī præcordia cōdat  
Sacrilegi scelerata iube. nec copia rez



Vincat eam, supetq; mēas certamie uires.  
Næue uia spaciu te terreat: accipe currus  
Accipe quos frenis alte moderere dracones.  
Et dedit: illa dato subuecta p aera curru  
Deuenit i scythiam, rigidiq; cacumie montis  
Caucason appellat: serpentū colla leuauit.  
Quæsitamq; famē lapidoso uidit i agro  
Vnguibus & raris uellentē dentib⁹ herbas.  
Hyrtus erat crinis: caua lumina pallor i ore:  
Labra icana situ: scabri rubigine dentes:  
Dura cutis p quā spectari uiscera possent.  
Ossa sub icuruis extabāt arrida lumbis.  
Ventris erat p uentre locus, pēdere putares  
Pectus, & a spinæ tātūmodo crate teneri.  
Hauerat articulos macies, genuumq; rigebat  
Orbis, & imodico pdibant tubere tali.  
Hæc pcul ut uidit: neq; enī est accedere iuxta  
Ausa: refert mādata dex, paulūq; morata  
Quāq; aberat longe: q̄q; modo uenerat illuc:  
Vila tamen sensisse famē est, retr oq; dracones  
Egit i æmoniam uersis sublimis habenis.  
Dicit famis cereris quis contraria semper  
Ill⁹ ē operi: peragit, p q; aera uento  
Ad iussam delata domū ē, & ptin⁹ irat  
Sacrilegi thalamos: alt oq; sopore solutum  
Noctis enim tempus: geminis amplectitur ulnis.  
Seq; uiro inspirat, faucesq; & pectus & ora  
Afflat: & i uacuis peragit ieiunia uenis  
Functaq; mādato fœcundum deserit orbem.  
Inq; domos iopes assueta reuertitur antra.  
Lenis adhuc somnus placidis erisichona pennis  
Mulcebat petit ille dapes sub imagiē somni.  
Oraq; uana mouet: dentemq; i dente fatigat.  
Exercetq; cibo delusum guttur inani  
Proq; epulis tenues neq; q̄ deuorat auras.  
Ut uero ē expulsa quies, furit ardor edendi  
Perq; auidas fauces imēsaq; uiscera regnat.  
Nec mora: qd' pontus: qud' terra qd' educat aer  
Poscit, & appositis queritur ieiunia mēsis



Inq; epulis epulas quærit. quodq; urbib; esse  
Quodq; satis poterat populo: nõ sufficit uni  
Plusq; cupit quo plura sua dimittit i alium.  
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra  
Nec satiatur aquis: peregrinosq; ebibit anes  
Vtq; rapax ignis nõ unq; alimeta recusat  
Innumerasq; faces cremet. & quo copia maior  
Est data plura petit. turbaq; uoracior ipa est :  
Sic epulas omnes erisubonis ora ppbani  
Accipiunt poscutq; simul: cibus omnis i illo  
Causa cibi e. sempq; locus fit inanis ededo .  
Iaq; fame patrias alti; uoragie uentris  
Attenuabat opes: sed inatteuata manebat :  
Cu quoq; dira fames implicatq; uigebat  
Flama gula. tandem demisso i uiscera censu  
Filia restabat non illo digna parente.  
Hac quoq; uedit iops. dominu generosa recusat  
Et uicina suas tedens sup equora palmas  
Erripe me domino: q; raptæ præmia nobis  
Virginitatis habes ait: hic neptun; habebat:  
Qui pce nõ spreta quis modo uisa sequenti  
Esset hero: formaq; nouat: uultuq; uirile  
Induit. & uultus pisces capiētib; aptos.  
Hanc domin; spectans o qui pudentia paruo  
Aera cibo cælas moderator arundinis inqt.  
Sic mare compositum: sic sit tibi piscis i unda  
Credulus & nullos nisi fixus setiat hamos  
Quz mō cum uili turbatis ueste capillis  
Littore i hoc steterat nã stātem i littore uidi :  
Dic ubi sit: neq; enim uestigia longi; extāt.  
Illa dei mun; bene cædere sensit: & a se  
Se quæri gaudēs his e rescuta rogātem.  
Quisq; es ignoscas. i nullā lumina partem  
Gurgite ab hoc flexi. studioq; oneratus in hæsi  
Quoq; min; dubites sic has deus æquoris artes  
Adiuuet: ut nemo iã dudū littore i isto  
Me tamen excepto nec foemia cōstitit ulla.  
Credidit & uerso domin; pede pssit barenā .  
Elususq; adiit. illi sua reddita forma est:



Ast ubi habere suam trāfformia corpora sensit  
Sæpe pater dominis dryopeida tradit. at illa  
Nūc equa nūc ales mō bos mō ceruū abibat.  
Præbebatq; auido nō iusta alimenta parenti.  
Vis tamen illa mali postq; cōsumpsit onem  
Materiā deditatq; graui noua pabula morbo:  
Ipa suos artus lacero diuellere morsu  
Cœpit: & ifelix minuēdo corpus alebat.  
Quid moror externis: etiā mihi sæpe nouādi  
Corporis o iuuenes numero finita potestas.  
Nā mō q; nūc sum uideor: mō flector i anguē.  
Armēci mō dux uires i cornua sumo.  
Cornua dū sumpsi. nūc pars caret altera telo  
Frōtis ut ipse uides: gemitus sunt uerba secuti.

### Libex Nonus.

Væ gemitus truncatq;  
deo neptuni? heros  
Causa rogat fontis: cū  
sic calidoni? amnis  
Cœpit inornatos redimi  
tus arundine crines.

Triste petis munus. quis enim sua prælia uict?  
Cōmemorare uelit: referam tamen ordie: nec tā  
Turpe fuit uinci: q; cōtendisse decoy:  
Magnaq; dat nobis tātus solatia uictor.  
Nominē si qua suo tādē puenit ad aures  
Deianira tuas cōdā pulcherrima uirgo  
Multoq; fuit spes inuidiosa procorum:  
Cum quibus ut soceri domus ē intrata petiti:  
Accipe me genex: dixi partibione nate.  
Dixit & alcides. alii cæssere duobus.  
Ille iouē socex: dare se famāq; laboꝝ  
Et superata suæ referebat iussa nouercæ.  
Contra ego turpe deū mortali cædere dixi.  
Nōdū erat ille deus: dominū me cernis aquarū.  
Cur sibi? obliq; inter tua regna fluētē:  
Nec gener externis hospes tibi missus ab oris:



Sed popularis ero: & rex pars una tuar.  
Tantum ne noceat q̄ me nec regia iuno  
Odit. & omnis abest iussor̄ p̄na labor̄.  
Nā quo te. iactas alcmena matre creatum  
Iuppiter aut falsus pater ē: aut crim̄e uerus.  
Matris adulterio patrē petis: elige factum  
Esse iouē malis: ante p̄ dedecus ortum.  
Talia dicētem iā dudū lumine toruo  
Spectat: & accens̄ nō fortiter impat irā  
Verbaq; tot reddit. melior mihi dextera lingua ē  
Dūmodo pugnādo sup̄est: tu uice loquēdo.  
Congrediturq; ferox. p̄duiit mō magna locutū  
Cedere reieci uiridem de corpore uestem.  
Brachiaq; opposui: tenuiq; a pectore uersas  
In statione manus: & pugne mēbra paraui.  
Ille cuius austo spergit me puluere. palmis.  
Inq; uicem fulur̄ tactu flauescit harenz.  
Et mō cervicē: mō crura micātia captat:  
Aut captare putes: omniq; a parte lacescit.  
Me mea descendit grauitas. frustra q; petebar:  
Haud sec̄ ac moles: quā magno murmure fluat̄  
Oppugnāt. manet illa: suoq; ē pondere tuta.  
Digredimur paulū rursusq; ad bella coimus.  
Inq; gradu stetim? certi nō cedere. eratq;  
Cum pede pes iūctus. totoq; ego pectore p̄nus  
Et digitos digitis: & frontem frōte p̄mebā.  
Non aliter uidi fortes cōcurrere tauros:  
Cū p̄ciū pugnz̄ toto nitidissima saltu  
Expetitur cōiūx: spectāt armēta pauētq;  
Nescia quē maneat tanti uictoria belli  
Ter sine p̄fectu uoluit nitētia contra  
Reicere alcides a se mea pectora: quarto  
Excutit amplexus: abduatq; brachia soluit.  
Impulsumq; manu: certū ē mihi uera fateris  
Protin? auertit. tergoq; onerosus inhæsit.  
Si qua fides: neq; enim ficta mihi gloria uoce  
Quæritur iposito pressus mihi morte uidebar.  
Vix tamen inserui sudore fluentia multo  
Brachia uix solui dur̄os a corpore nexus.



Instat anhelatis phibetq; resumere vires.  
Et ceruice mea potitur: tum deniq; tellus  
Pressa genu nostro ē. & harenas ore momordi.  
Inferior uirtute meas diuertor ad artes  
Elaborq; uiro longū formatus i anguē;  
Qui postq; flexos sinuauit corpus i orbest  
Cūq; fero moui linguam stridore bifulcā  
Risit: & illudē nostras tiryntib; artes  
Cunax labor ē angues superare mearum  
Dixit. & ut uincas alios acheloe dracones  
Pars quota lerneæ serpēs eris un; echidnæ;  
Vulnerib; fæcunda suis erat illa. nec ullū  
De cētum numero caput ē ipune recisum  
Quo gemio ceruix berede ualentior esset.  
Hæc ego ramosam natis e cæde colubris  
Crescentēq; malo domui: domitāq; reduxi.  
Quid fore te credis: falsum q; uersus i anguē  
Arma aliena moues: quē forma p̄caria exalat.  
Dixerat: & summo digitor; uincula collo  
Iniicit. angebar ceu guttura forcipe p̄ssus.  
Pollicib; q; meas pugnabā euellere fauces.  
Sic quoq; deniq; reitabat tertia tauri  
Forma trucis. tauro mutatus mea bra rebello.  
Induit ille thoris a lzua parte lacertos.  
Admissumq; trabēs sequitur. dep̄ssaq; dura  
Cornua figit humo. meq; alta sternit harena.  
Nec satis hoc fuerat. rigidū fera dextera cornu  
Dū tenet ifregit: trūcaq; a frōte reuellit.  
Naiades hoc pomis & odore flore repletū.  
Sacrarūt. diuesq; meo bona copia cornu ē.  
Dixerat. & nymphe ritu subcineta dianæ  
Vna ministrax; fuis utriq; capillis  
Incessit totumq; tulit præ diuite cornu  
Autūnum: & mensas felicia poma secūdas.  
Lux subit. & primo feriēte cacumina sole  
Discedūt iuuenes: neq; enim dum flumina pacem;  
Et placidos habeant lapsus: totq; residant  
Operiūtur aquæ. uultus achelous agrestes  
Et lace; cornu mediis caput abdidit undis.



Hūc tamen ablati domuit iactura decoris  
Cætera sospes habet. capitis quoq; frōde saligna  
Aut super imposita celatur arūdine dānum :  
At te nescire ferox eiusdem uirginis ardor  
Perdiderat uolucris traiectum terga sagitta.  
Nāq; noua repetēs patrios cū cōiuge muros  
Venerat hebeni rapidas ioue natus ad undas  
Vberior solito nimbis hyemalibus auctus  
Verticibusq; frequēs erat atq; impuius amnis  
Intrepidū p se curam de cōiuge agentē  
Nessus adit mēbrisq; ualēs situsq; uadoꝝ  
Officioq; meo ripa listetur in illa  
Hæc ait alcide tu uiribus utere nando .  
Tradidit aonius pauidam calidonida nesso  
Pallentemq; metu fluumq; ipsumq; timētem.  
Mox ut erat pharetraq; grauis spoliq; leonis  
Nam clauā & curuos trās ripā miserat arcus :  
Quādoq; dem cœpi supentur flumina dixit  
Nec dubitat: nec qua sit clemētissim⁹ amnis  
Quærit: & obsequio deferri spernit aquar .  
Iamq; tenēs ripā missos cū tolleret arcus  
Cōiugis agnouit uocem: nessoque panti  
Fallere depositum: quo te fiducia clamat  
Vana pedū uiolete rapit: tibi nescire biformis  
Dicim⁹. exaudi nec res intercipe nostras.  
Nec mod; & reges nisi mors reperitur. amoris  
Mors placet. erigitur: laqueoque inætere fauces  
Destinat. & zona summo de poste reuicta  
Carā uale cinara: causamque intellige mortis  
Dixit: & aptabat pallenti uincula collo.  
Murmura uerboꝝ fidas nutricis ad aures



Peruenisse ferunt lumen seruatis alumnae:  
Surgit anus reueratq; fores. mortisque parata  
Instrumenta uidens spatio conclamat eodem  
Seq; ferit scanditq; sinus. ereptaq; collo  
Vincula dilaniat. tu deniq; flere uacauit:  
Tu dare complexus: laqueiq; req;ere causas:  
Muta silet uirgo: terraq; immota tuetur.  
Et depnsa dolet tarda conamina mortis  
Instat anus. canosq; suos & iania nudas  
Vbera: p; cunas: alimetaq; prima p;cat  
Ut sibi comittat qcquid dolet. illa rogatem  
Aduersata gemit: certa e; exquirere nutrix.  
Nec sola spondere fidem. dic iquit opemq;  
Me sine ferre tibi: no; e; mea pigra senectus.  
Seu furor e; habeo q; carnie sanet & herbis.  
Sive aliq; nocuit magico lustrabere ritu.  
Ira deum siue est: sacris placabimus iram.  
Quid reat ulteriq;? certe fortuna domusq;  
Sospes ab icursu est. uiuit genitrixq; paterq;.  
Myrrha patre audito suspiria duxit ab imo  
Peatore: nec nutrix etiã nunc concipit illud  
Mente nefas. aliquẽq; tamen plentit amorem:  
Propositiq; tenax quodcuq; e; orat ut ipsi  
Indicet: & gremio lacrimante tollit anili.  
Atq; ita complectens ifirmis mēbra lacertis  
Sensimq; inquit amas. & i hoc mea pone timorẽ  
Sedulitas erit apta tibi. nec sentiet unq;  
Hoc pater exilit gremio funibūda. torq;  
Ore p;mes discede p;cor: miserog; pudori  
Parce ait: instanti: discede: aut desine dixit  
Quarere qd; doleã: scelus e; quod scire laboras.  
Horret anus: tremulasq; manus annisq; metuq;  
Tendit. & ante pedes supplex p;cubit alunã.  
Et mo; blãditur: mo; si no; conscia fiat  
Terret. & iudiciu; laquei coeptaq; minatur  
Mortis: & officium comisso spõdet amori.  
Extulit illa caput. lacrimisq; impleuit abortis  
Peatora nutricis. conataq; saepe fateri  
Saep̄ tenet uocẽ. pudibūdaq; uestibus ora



Textit. & o dixit felicem cōiuge matrem :  
Haenus: & genuit. gelidos nutricis i artus  
Ossaq; sensit enim penetrat tremor: albaq; toto  
Vertice canicies rigidis stetit hirta capillis.  
Multaq; ut excuteret diros: si posset amores:  
Addidit at uirgo scit se nō falsa moneri.  
Certa mori tamen ē si nō potiatur amore.  
Vine ait hęc: potiere tuo: nō ausa parēte  
Dicere cōticuit. pmissaq; numie firmat.  
Festa piz cereris celebrabāt annua matres.  
Illa quib; niuea uelat corpora, ueste  
Primicias frugū dāt spicea ferta suar  
Perq; nouē noctes uenerem tactusq; uiriles  
Inuetitis numerāt. turba cinareis in illa  
Regis adest cōiunx: arcanaq; sacra frequētat  
Ergo legitima uacuas dū cōiuge lectus:  
Nacta grauē uino cinaram male sedula nutrix  
Nemie mentito ueros exponit amores.  
Et faciem laudat. quæsitis uirginis annis  
Pars ait ē myrrhæ: quā postq; adducere iussa ē:  
Vtq; domo rediit gaude mea dixit alumna  
Vicim; infelix non toto peatore sentit. *flent*  
Lætitiā uirgo. prælagaq; peāora moerent.  
Sed tamen & gaudet: tāta ē discordia mētis.  
Tempus erat quo cūcta *flent*. interq; triones  
Flexerat obliquo plaustrū temōe boetes.  
Ad facim; uenit illa suum. fugit aurea cœlo  
Luna tegūt nigræ latitantia lydera nubes.  
Nox caret igne suo. prim; tegis icare uultus  
Erigoneq; pio sacrata parētis amore.  
Ter pedis offensi signo ē reuocata: ter omen  
Futereus bubo lætali carmie fecit.  
It tamē & tenebræ minuūt noxq; atra pudorē.  
Nutricisq; manū læua tenet. altera motu  
Cæcum iter explorat. thalami iā limia tangit.  
Iaq; fores apit. iam ducitur intus: at illi  
Poplite succiduo genua intremuere. fugitq;  
Et color & sanguis: aiūsq; reliqt eūtem.  
Quoq; suo ppior sceleri ē magis horret. & ausi



Pœnitet. & uellet nō cognita posse reuerti.  
Cunstantem lōgæua manu deducit: & alto  
Admotā læto cū traderet accipe dixit  
Ista tua ē cinara. deuotaq; corpora iunxit.  
Accipit obsceno genitor sua uiscera læto  
Virgineosq; metus leuat. hortaturq; timētem  
Forſitan ætatis quoq; noie ſilia dixit:  
Dixit & illa pater ſceleri nec noia deſint.  
Plena patris thalamis excedit. & ipia diro  
Semina fert utero. cōceptaq; crimīa portat.  
Poſtera nox faciūſ geminat: nec finis i illa ē  
Cū tādē cinaras auidus cognoſcere. amātem  
Poſt tot cōcubitus illato lumine uidit  
Et ſcelus & natā. uerbisq; dolore retentis  
Pendentī nitidū uagina deripit enſem.  
Myrrha fugit. tenebrisq; & cæcæ munere noctis  
Intercepta neci ē. latoſq; uagata p̄ agros.  
Palmiferos arabas p̄cæbeaq; rura reliq̄t.  
Perq; nouē errauit redeuntis cornua lunæ.  
Cū tandem terra requit feſſa ſabea.  
Vixq; uteri portabat on̄ cum neſcia uoti  
Atq; inter mortisq; metus & tedia uitæ.  
Eſt tales cōplexa p̄ces. o ſi qua patetis  
Namīa conſeſſis: merui: nec triſte reuſo  
Supplicium. ſed ne uolē uiuoſq; ſupſtes  
Mortuaq; extinatos: ambobus pellite regnis.  
Mutateq; mibi uitāq; necēq; negate  
Numen cōſeſſis aliquod patet. ultima certe  
Vota ſuos habuere deos. nā crura loquētis  
Terra ſupuenit. ruptoſq; obliqua p̄ unguis  
Porrigitur radix: lōgi firmamīa trūci  
Oſſaq; robur agūt: mediaq; manente medulla  
Sanguis it i ſuccoſi magnos brachia ramos:  
In puos digiti: duratur cōrtice pellis.  
Iaq; grauē creſcēs uterq; præcīerat arbor.  
Peſtoraq; obruerat: collūq; operire pabat.  
Nō tulit illa morā: uenietique obuia ligno  
Subſedit merſitque ſuos i cortice uultū.  
Quæ q̄q; amiſit ueteres cū corpore ſenſus



Flet tamen. & tepidæ manat ex arbore guttæ.  
Est honor & lacrimis: stillatq; cortice myrrha  
Nomen herile tenet: nullq; tacebitur æuo.  
At male cõceptus sub robore creuerat infas  
Quærebaturq; uiam qua se genitrice relicta  
Exereret: media grauidus tumet arbore uenter.  
Tendit onus matrē. neq; hūc sua uerba dolores  
Nec lucina potest parientis uoce uocari  
Nitenti tamen ē similis. curuataq; crebros  
Dat gemitus arbor. lacrimisq; cadētibus humet.  
Constitit ad ramos mitis lucina dolentes:  
Admouitq; manus: & uerba puerpera dixit.  
Arbor agit rimas. & scisso cortice uiuum  
Reddit onus. uagitq; puer. quē mollib9 herbis  
Naiades impositum lacrimis unxere parentis.  
Laudaret faciē liuor quoq;. qualia nāq;  
Corpora nudoꝝ tabula pinguntur amoꝝ:  
Talis erat. sed ne faciat discrimina cultus:  
Aut huic adde lenes: aut illi deme pharetras.  
Labitur oculæ fallitq; uolatilis ætas.  
Et nihil ē annis uelocius. ille sorore FF  
Natus auoq; suo qui cõditur arbore nuper  
Nup erat genitus: mō formosissim9 infans:  
Iam iuuenis iam uir: iā se formosior ipō ē  
Iam placet & ueneri. matrisq; ulciscitur ignes.  
Nāq; pharetratus dū dat puer oscula matri:  
Inscius extati destrixit arūidine pectus.  
Læsa manu natum dea reppulit: alti9 aq̄  
Vulnus erat spetie. primq; fefellerat ipsam.  
Capta uiri forma nō iam cithereia curat  
Littora. nō alto repetit paphon æquore ciētā.  
Piscosamq; gnidon: grauidāq; amathūta metallis ingere  
Abstinet & cœlo. cœlo præfertur adonis.  
Hūc tenet: huic comes ē: assuetaq; semp i ūbra  
Indulgere sibi formāq; angere colendo:  
Per iuga: p syluas: dumosaq; saxa uagatur  
Vsq; genu uestem ritu succiæa dianæ.  
Hortaturque canes: tutāq; aīalia prædæ  
Aut paruos lepores aut celsum i cornua ceritum



lanja

Aut agitat damas: at fortib9 abstinet apris.  
Raptoresq; lupos armatosq; ũguib9 urfos  
Virat & armēti saturatos cæde leones.  
Te quoq; ut hoc timeas si qd pdesse monēdo  
Possēt adoni monet, fortisq; fugacib9 esto  
Inq; in audaces nō est audacia tuta.  
Parce meo iuuenis temerarius esse periclo *no in calce*  
Neue feras: quibus arma dedit natura: laceſſe.  
Stet tibi ne magno tua gloria nō mouet atas  
Nec facies: nec quæ uenerē mouere: leones:  
*om. 2109*  
*om. 2109* Setiger osq; sues: oculosq; aiosq; ferarum.  
Fulmen habēt acres i aduncis dentibus aprī.  
Impetus ē fuluis & uasta leonib9 ira.  
Inuisumq; mihi genus ē. quæ causa rogāti  
Dicā ait. & ueteris mōstrū mirabile culpæ.  
Sed labor insolitus iā me lassauit & ecce  
Opportuna sua blāditur populus umbra.  
Datq; thoy celpes: libet hac requiescere tecū  
Et requieuit humo: pressitq; & gramen & ipsū  
Inq; sinu iuuenis posita ceruice recliuis  
Sic ait. ac mediis interſerit oscula uerbis:  
Forſitan audieris aliquā certamine cursus  
Veloces supasse uiros. nō fabula rumor  
Ille fuit supabat enim. nec dicere possis  
Laude pedū formæne bono præſtati or eēt.  
Scitanti deus huic de cōiuge: cōiuge dixit  
Nil opus ē athlāta tibi: fuge cōiugis uſum.  
Nec tamen effugies: teq; ipa uiua carebis.  
Territa sorte dei p opacas inuba ſyluas  
Viuit: & inſtātem turbā uiolēta pcoy  
Cōditione fugat: nec sum potiēda nisi inquit  
Viſa prius cursu. pedib9 contēdite mecū.  
Præmia ueloci coniūx thalamiq; dabuntur.  
Mors p̄tium tardis. ea lex certaminis esto.  
Illa quidem immitis. sed tanta potentia formæ:  
Venit ad hāc legē temeraria turba procoy.  
Sederat hippomanes cursus ſpectat or iniqui.  
Et petitur cuiq; p tāta pericula coniunx  
Dixerat. ac nimios iuuenū dānarat amores.



Ut faciem &posito corp⁹ uelamine uidit :  
 Quale meum uel quale tuum si fœmīa fias  
 Obstupuit. tollēsque manus ignoscite dixit:  
 Quos mō culpauī. nō dū mibi p̄mia nota  
 Quæ peteretis. erant: laudando cōcipit ignē.  
 Et ne quis iuuenum curras ueloti⁹ optat.  
 Inuidiāque timet. sed cur certaminis huius  
 Intēcata mibi fortuna relinquatur inqt?  
 Audētes deus ipse iuuat. dū talia secū  
 Exigit hyppomaēs: passu uolat alite uirgo  
 Quæ q̄q̄ scythica nō segnius ire legita  
 Aonio uisa ē iuueni tamen ille decoram  
 Miratur magis: & cursus facit ipse decoram.  
 Aura refert ablata citis talaria plātis.  
 Tergaq; iactantur crines p̄ eburnea: quæq;  
 Poplitibus suberant picto genualia limbo.  
 Inq; puellari corpus candore ruborem  
 Traxerat. haud aliter q̄ cū sup̄ atria uelum  
 Candida purpureum similē dat & ificit ūbrā.  
 Dū notat hæc hospes decursa nouissima meta ē  
 Et tegitur festa uirix athalāta corona.  
 Dāt gemitum uicti. p̄dūtq; & fœdere pœnas.  
 Non tamen euētū iuuenū deterritus horū  
 Constitit i medio: uultuq; i uirgīe fixo  
 Quid facile titulum supando quæris inbertes?  
 Mecū confer ait. seu me fortuna potentem.  
 Fecerit. a tanto nō indignabere uinci  
 Nāq; mibi genitor megare⁹ onchesti⁹ illi:  
 Est neptunus auus p̄nepos ego regis aquarū  
 Nec uirtus citra genus ē: seu uincari habebis  
 Hippomane uictō magnū & memorabile nomē.  
 Talia dicētem molli carneia uultu  
 Aspicit & dubitat supari an uincere malit .  
 Atq; ita q̄s deus hunc formosis dixit iniquus  
 Perdere uult? careq; iubet discrimine uitæ  
 Coniugiū petere hoc? nō sum me iudice tanti  
 Nec forma tangor. poterā tamē hoc quoq; tāgi  
 Sed q̄ adhuc puer ē. nō me mouet ipse sed atas  
 Quid q̄ iest uirtus? & mēs iterrita lati:



Quid q̄ ab æquorea numeratur origie quartus?  
Quid q̄ amat: tantiq; putat cõnubia nostra  
Vt pereat: si me fors illi dura negarit.  
Dũ licet hospes abi. thalamosq; reliq; cruētos  
Cõugiũ crudele meũ ē. tibi nubere nulla  
Nollet: & optati potes a sapiente puella.  
Cur tamē ē mibi cura tui tot iã ante pemptis?  
Viderit. intereat: quoniam tot cæde p̄cor̄  
Admonitus nõ ē. agiturq; in tædia uitæ.  
Occidet hic igitur uoluit q̄a uiuere mecũ?  
Indignãq; necē pretiũ patietur amoris?  
Nõ erit iuidiæ uictoria nostra ferenda.  
Sed nõ culpa mea ē. utinã desistere uelles.  
Ab quoniã es demēs utinã uelocior esses.  
Ab quã uirginē puerili uultus in ore ē  
Ab miser hippomane: mollē tibi uisa fuisset.  
Viuere dign⁹ eras. q̄ si foelicior essem  
Nec mibi cõugium fata iportuna negarent:  
Vn⁹ eras cum quo sociare cubilia uellem.  
Dixerat. utq; rudis primoq; cupidie tacta  
Quod facit ignorās amat: & nõ sentit amorē  
Iã poscunt solitos cursus populusq; paterq;.   
Cũ me sollicita p̄les neptunia uoce  
Inuocat hippomanes. cithereia cõprecor ausis  
Adsit ait nostris: & quos dedit adiuuet ignes.  
Detulit aura p̄ces ad me nõ inuida blãdas.  
Motaq; sum fateor. nec opis mora lōga dabatur.  
Est ager idigenæ damasenũ nomie dicũt.  
Telluris cipriæ pars optima: quã mibi prisca  
Sacra uere senes. tēplisq; accedere dotem  
Hãc iussere meis. medio nitet arbor i aruo  
Fulua comã: fuluo ramis crepitãtib⁹ auro.  
Hinc tria forte mea ueniēs decerpta ferebam  
Aurea poma manu. nulliq; uidēda nisi ipsi:  
Hippomanen adii: docuiq; q̄s usus i illis  
Signa tubæ dederāt. cũ carcere pron⁹ uterq;  
Emicat. & summã celeri pede libat arenã.  
Possē putes illos sicco freta radere passu.  
Et segetis canæ slãtes p̄currere aristas:



Adiciunt animos iuueni clamorq; fauorq;  
 Verbaq; dicentum nūc nunc incūbere tēpus.  
 Hippomane p̄pasnūc uirib⁹ utere totis.  
 Pelle morā. uinces dubium megareius beros  
 Gaudeat an uirgo magis hic ceneia diatis.  
 O quotiens cū iam posset trāsire morata ē.  
 Spectatosq; diu uultus iuita reliquit.  
 Aridus a laso ueniebat anhelitus ore.  
 Metaq; erat longe: tū deniq; de tribus unum  
 Fœtibus arboreis p̄les neptunia misit.  
 Obstupuit uirgo. nitidiq; cupidine pomi  
 Declinat cursus: auxq; uolubile tollit.  
 Præterit hippomanes. resonāt spectacula plausu  
 Illa morā celeri cessataq; tēpora cursu  
 Corrigit. atq; itex iuuenē post terga reliquit.  
 Et rurius pomi iactu remorata secundi  
 Consequitur trāsicq; uix. pars ultima cursus  
 Restabat. nūc iquit ades dea muneris auctor:  
 Inq; latus capi quo tardius illa rediret  
 Iecit ab obliquo nitidū iuueniliter aux  
 An peteret uirgo uisa ē dubitare: coegi  
 Tollere: & adieci sublato pondera malo.  
 Impediq; oneris pariter grauitate moraq;  
 Neue meus sermo cursu sit tardior ipso  
 Præterita ē uirgo. duxit sua præmia uictor  
 Digna ne cui grates ageret: cui thuris honorē  
 Ferret adoni fui: nec grates inemor egit  
 Nec mihi thura dedit. subitam conuertor ī iram  
 Cōtemptuq; dolēs ne sim spernēda futuris  
 Exēplo caueo: meq; ipsam exhortor ī ambos.  
 Tempa deum matri quæ quōdā clarus echion  
 Fecerat ex uoto nemorosus abdita siluis  
 Trāsibāt & iter longū req̄scere suasit.  
 Illic cōcubitus intēpestiua cupido  
 Occupat hippomanen: & numie cōcita nostro  
 Luminis exigui fuerant p̄pe templa recessus.  
 Speluncæ similis natiuo pumice tectus.  
 Religione sacer prisca quo multa sacerdos  
 Lignea cōtulerat uetex simulacra deorū.



Hunc inicit: & uetito temerat sacraria phœbo  
Sacra retorserunt oculos: turritaque mater  
An stygia fontes dubitauit mergeret unda  
Pœna leuis uisa est, ergo mō leuia fuluæ  
Colla iubæ uelant, digiti curuātur i unguēs.  
Ex humeris armi fiunt, i pectora totum  
Pondus abit: summæ cauda uerrūtur arenæ  
Iram uultus habet, p uerbis murmura reddūt  
Pro thalamis celebrāt syluas: aliisq; timendi  
Dente p̄mūt domito cibelesia frena leones.  
Hos tu care mihi cūque hiis gen̄ d̄ne ferax  
Quod nō terga fugæ sed pugnæ tēpora prabet  
Effuge ne uirtus tua sit dānosa duobus.  
Illa quidem monuit, iūctisque p̄ aera cignis  
Carpit iter, stat sed monitis cōtraria uirtus,  
Forte suem latebris uestigia certa secuti  
Exciuere canes, syluisque exire parātem  
Fixerat obliquo iuuenis cinareius ictu,  
Protinus excussit p̄ado uenabula rostro  
Sanguine tincta suo: trepidūq; & tuta petentē  
Trux ap̄ insequitur: toto sq; sub inguine dētes  
Abdidit, & fulua moribūdum strauit arena  
Vecta leui curru medias citherea p̄ auras  
Cypron olocrinis nō dū peruenerat alis.  
Agnouit longe gemitū morientis: & albas  
Flexit aues illuc, utque æthere uidit ab alto  
Exanimē inque suo iactātem sanguine corpus  
Desiliit: pariterque sinum pariterque capillos  
Rupit: & indignis p̄cussit pectora palmis  
Quæstaq; cū fatis: & nō tamē om̄ia uestri  
Iuris erūt dixit, luctus mo nimēta manebūt  
Semp̄ adoni mei, repetitaque mortis imago  
Annua plāgoris repetet simulamina nostri.  
At cruor in florem mutabitur: an tibi quōdā  
Fœmineos artus i olentes uertere mētas  
Persephone licuit: nobis cinareid̄ heros  
Inuidiæ mutatus erit? sic fata cruorem  
Nectare odorato sparsit qui iactus ab illo  
Intumuit sicut fuluo plucida cœlo



Surgere bulla solet: nec plena longior hora  
Facta mora ē. cū flos de sanguie cōcolor ortus  
Qualē quæ lēto celant sub cortice granum  
Puica ferre solēt: breuis ē tamē usus ī illo  
Nāq; male hærētē & nimia leuitate caducū  
Excutiūt iudem q; præstāt omnia uenti.

*Liber Vnderimus.*

Armine dum tali syluas  
animosq; feraꝝ  
Threicius uates & saxa  
sequētia ducit:  
Ecce natus ciconū testæ  
limphata ferinis  
Pectora uelleribus tumuli de uertice cernū  
Orphea percussis sociantem carmina neruis  
E quibus una leues iactato crine per auras  
En at en hic ē nostri cōtempтор: & hastā  
Vatis apollinei uocalia misit in ora  
Quæ foliis præfuta notā sine uulnere fecit  
Alterius tela lapis ē. q; missus ī ipso  
Aere. cōcentu uictus uocisq; lyræq; est  
Ac ueluti supplex p tam fatalib; ausis  
Ante pedes iacuit. sed enī temeraria crescunt  
Bella modusq; abiit: insanaq; regnat erinys  
Cūtaq; tela foret cātu mollita sed ingēs  
Clamor & iflato beree ynthia tibia cornu  
Timpanaq; & plausus: & bacchei ululatus  
Obstrepuere sono cytharæ. tum deniq; saxa  
Nō exauditi rubuerūt sanguine uatis  
Ac primū attonitas etiā nūc uoce canētis  
Innumeras uolucres anguesq; agmenq; feraꝝ  
Menades orphei titulū rapuere theatri  
Inde cruētatis uertuntur in orphea dextris  
Et cocunt ut aues: si quādo luce uagātem  
Noctis aūē cernūt: struētq; utriq; teatro  
Vt matutina ceruus periturus arena  
Præda canū ē: uatēq; petūt: & frōde uirētes



Coniiciunt thyrsos nō hęc i mōnera factos.  
Hęc glebas: illę direptos arbore ramos:  
Pars torquēt silices, neu desint tela furori:  
Forte boues presso subigebant uomere terrā  
Nec pcal hęc multo fruētum sudore parantes  
Dura lacertosi fodiebāt arua coloni.  
Agmine qui uiso fugiunt: operisq; relinquunt  
Arma sui: uacuosq; iacēt dispersa p agros  
Sarculaq; & rastriq; graues: longiq; ligones  
Quę postq; rapuere ferę: cornuq; munaces  
Diuisere boues: ad uatis fata recurrunt.  
Tēdentemq; manus atq; illo tēpore primū  
Irrita dicentem nec qcq; uoce mouētem  
Sacilegę pimūt, p q; os: p iuppiter: illud  
Auditum saxi: intellēq; feray  
Sensibus: iuentos anima exalata recessit.  
Te mēstę uolucres orpheu: te turba feray:  
Te rigidi silices: tua carmina sępe secutz  
Fleuerūt sylax: positis te frōdib; arbor  
Tonsa comas luxie: lacrimas quoq; flumia dicūt  
Increuisse suis: obscuraq; carbala pullo  
Naiades & driades passosq; habuere capillos  
Mēbra iacent diuersa locis: caput hebre lyręq;  
Excipis. & miy: medio dū labitur amne:  
Flebile nescio quid queritur lyra: flebile ligua  
Murmurat exanimis: respōdet flebile ripę.  
Iamq; mare iueat flumen populare relinquunt  
Et methinez potiuntur littore lesbi.  
Hic ferus exposito pegrinis anguis arenis  
Obstitit: & sparfos stillanti rore capillos  
Lambit: & hymniferos inbiat diuellere uultus.  
Tādē phębus adest: morsusq; ifere paratez  
Arcet. & i lapidē rictus serpētis aptos  
Cōgelat: & patulos ut erāt idurat hiatus.  
Vmbra subit terras. & quę loca uiderat ante  
Cūcta recognoscit: quærēsq; p arua picy  
Inuenit eurydicen: cupidisq; āplectitur ulnis.  
Hic mō cōiunctis spaciuntur passibus an bo.  
Nūc pcedentem sequitur: nūc p rai; ante it:



Euridicemq; suam iã tuto respicit orpheus.  
Non impune tamẽ scelus hoc sinit esse lieus.  
Amissoq; dolens sacroꝝ uate suoꝝ  
Protinus in siluis matres ædonides omnes  
Quæ uidere nefas torta radice ligauit  
Quippe pedũ digitos i q̄tũ est, quæq; secuta  
Traxit. & i solidã detrusit acumine terram.  
Vtq; suum laqueis quos callidus abdidit auceps  
Crus ubi cõmisit uolueris sensuq; teneri  
Plãgitur. ac trepidans astrigit uincula motu:  
Sic quæcũq; solo defixa cohererat hã  
Externata fugã frustra tẽtabat. at illam  
Lenta tenet radix. exultãtemque cohercet.  
Dũq; ubi sunt digiti: dũ pes: dũ quærit & ñgues  
Aspicit i teretes lignũ succedere suras.  
Et conata femur mereti plãgere dextras:  
Robora percussit. pectus quoq; robora fiunt.  
Robora sunt humeri: porrectaq; brachia ueros  
Esse putes ramos. & nõ fallere putãdo.  
Nec satis hoc baccho ẽ. ipsos q̄q; deserit agros  
Cũq; choro meliore sui pineta thimoli  
Pæolonq; petit. quĩs nõ aureus illo  
Tempore nec caris erat iuidiosus arenis  
Hũc assueta cohors satyri bacchæq; frequẽtant  
At silenus abest. titubãtem annisq; meroq;  
Ruricolæ cœpere phryges. iũctumq; coronis  
Ad regem duxere midã. cui thraci? orphe?  
Orgia tradiderat cũ cecropio eumolpbo.  
Qui simul agnouit sociũ comitẽq; sacroꝝ  
Hospitis aduẽtu festũ genialiter egit  
Per bis qnq; dies: & iunctas ordine noctes.  
Et iã stellaz sublime coegerat agmen  
Lucifer undecimus. lidos cũ lætus in agros  
Rex uenit & iuueni silenũ reddit alũno.  
Huic deus optãti gratũ sed iutile fecit  
Muneris arbitriũ gaudẽs altore recepto.  
Ille male usurus donis: ait: effice qcq;  
Corpore cõriggero fuluum uertatur i aux.  
Annuit optatis nociturq; munera soluit



Liber. & indoluit q̄ nō meliora petisset.  
Lætus abit. gaudetq̄ malo berecynthi⁹ heros  
Pollicitiq̄ fidem t̄gendo singula tētat.  
Vixq̄ sibi credēs nō alta frō de uirentem  
Illice detraxit uirgā. uirga aurea facta ē.  
Tollit humo saxū: saxū quoque palluit auro  
Cōtigit & glebā: cōtactu gleba potenti  
Massa fit. arentes cereris decerpit aristas.  
Aurea messis erat. dēptum tenet arbore pcmū:  
Hesperides donasse putes. si postibus altis  
Admouit digitos: postes radiare uidētur:  
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:  
Vnda fluēs palmis danen eludere posset.  
Vix spes ipse suas aīo capit. aurea fingens  
Omnia. gaudēti mēlas posuere munitri  
Exstructas dapibus. nec tostæ frugis egentes.  
Tū uero siue ille sua cerealia dextra  
Munera cōtigerat: cerealia dona rigebāt  
Siue dapes auido cōuellere dēte parabat:  
Lamina fulua dapes admoto dente nitebāt.  
Miscuerat puris aurore muneris undis:  
Fusile p̄ rictus aux fluitare uideres.  
Attonitus nouitate mali diuesq̄ miserq̄  
Effugere optat opes: & quæ mō uouerat. odit  
Copia nulla famē releuat. sitis arrida guttur  
Vrit. & inuiso meritis torquetur ab auro.  
Ad cœlūq̄ manus & splēdida brachia tollēs  
Da ueniā lenæ pater peccauim⁹ inquit.  
Sed miserere p̄cor. spetiosq̄ eripe dāno  
Mite deū numē bacchus peccassa fatētem  
Restituit factiq̄ fide data munera soluit.  
Neue. male optato maneat circūlitus auro  
Vade ait ad magnis uicinū sardibus amnem:  
Perq̄ iugū ripæ labētib⁹ obuius undis  
Carpe uiam. donec uenies ad fluminis ortus.  
Spumiger oq̄ tuum fonti qua plurim⁹ exit.  
Subde caput. corpusq̄ simul simul elue crinē.  
Rex iussæ succedit aquæ. uis aurea tinxit  
Flumen. & humano de corpore cessit i amnes.



Nunc quoq; iam ueteris pœcepto semine uene  
Arua rigent auro madidis pallentia glebis.  
Ipse perosus opes siluas & rura colebat.  
Panaq; montanis habitâtem semp in antris.  
Pingue sed ingeniũ mansit. nocituraq; ut ante  
Rurſus erât domino stolidæ præcordia mētis.  
Nã freta p̄spiciēs late riget arduus alto  
Tmolus i ascensu. cliuq; extēsus utroq;  
Sardibus hic illic paruis finitur hippepis.  
Pan ibi dũ teneris iastat sua carmina nymphis:  
Et leue cerata modulatur arũdine carmen:  
Ausus apollineos præ se cõtemnere cantus:  
Iudice sub tmolo certamen uenit ad impar.  
Monte suo senior iudex cõsedit. & aures  
Liberat arboribus. quercu coma cerula tantũ  
Cingitur. & pendent circũ caua tēpora glãdes  
Ipse deum pecoris spectãs i iudice dixit  
Nulla mora ē. calamis agrestibus iſonat ille.  
Barbaricoq; midan: aderat nã forte canenti  
Carmine delinit. post hũc sacer ora resoluit  
Tmolus ad os phœbi. uultũ sua sylua secuta ē.  
Ille caput flauum lauro parnaside uictus:  
Verrit humũ tyrio saturata murice palla.  
Distinctãq; lyram gēmis & dentib; indis  
Sustinet a læua. tenuit man; altera pletrum.  
Artificis status ip̄e fuit: cũ stamĩa docto  
Pollice sollicitat. quor; dulcedine captus  
Pana iubet tmolus cythara summittere cannas  
Iudiciũ sanãq; placet sententia montis  
Omib;. arguitur tamen atq; iusta uocatur  
Vnius sermone midæ. nec delius aures  
Humanã stolidas patitur retinere figuram.  
Sed trahit i spatium: uillisq; albensibus iplet.  
Instabilesq; illas facit. & dat posse moueri.  
Cætera sunt hominis. partem dãnatur i unam.  
Induiturq; aures læte gradiētis afelli.  
Ille quidem cælare cupit turpiq; pudore  
Tēpora purpureis tēptat uelare thiaris.  
Sed solitus longos ferro resecare capillos



Viderat hoc famulus qui cū nec p̄dere uisum  
 Dedecus auderet cupiēs efferre sub auras  
 Nec posset reticere tamen: secedit: humūq;  
 Effodit. & domini quales aspexerat aures  
 Voce refert parua. terrāq; inuimurat haustā.  
 Inditiumq; suæ uocis tellure regeſta  
 Obruit. & scrobibus tacitus discedit opertis.  
 Creber arūdinibus tremulis ibi surgere lucus  
 Cœpit. & ut primū pleno maturuit anno  
 Prodidit agricolā. leni nā motus ab austro  
 Obruta uerba refert. dominiq; coarguit aures  
 Vltus abie tmolo liquidūq; p̄ aera uetus  
 Angustum citra pontum nephleidos belles  
 Laomedonteis latoius astitit aruis.  
 Dextera si gei rethei leua profundi  
 Ara panopeo uetus ē sacrata tonanti.  
 Inde nouæ primū moliri mœnia troiæ  
 Laomedōta uidet: susceptaq; magna labore  
 Crescere difficili. nec opes exposcere paruas.  
 Cumq; tridetigero tumidi genitore p̄fundi  
 Mortalē iduitur formā. phrygiq; tirāno  
 Aedificant muros p̄asti p̄ mœnibus aux.  
 Stabat opus. pretiū rex institatur. & addit  
 Perfidiæ cumulū fallis piuria uerbis.  
 Non ipune feres rector maris iquit. & ðnes  
 Inclinauit aquas ad auaræ mœnia troiæ.  
 Inq; freti formā terrā cōuertit opesq;  
 Abstulit agricolis. & fluctib; obruit arua.  
 Pœna neq; hæc satis ē. regis quoq; filia mōstro  
 Poscitur æquoreo: quā dura ad saxa reuinatam  
 Vindicat alcides. p̄missaq; munera dictos  
 Poscit equos: tantiq; operis mercede negata  
 Bis piura capit supatæ mœnia troiæ.  
 Nec pars militiz thelamon sine honore recessit.  
 Hesioneq; data potitur. nā cōiuge peleus  
 Clarus erat diua. nec aui magis ille superbit  
 Nomie q̄ foceri. siquidem iouis esse nepotē  
 Cōtigat haud uni. cōiunx dea cōtigat uni.  
 Namq; senex tethidi p̄the? dea dixerat undæ

Perfidia  
 que non  
 amat si  
 dem

Cato m. v. i.



Concipe mater eris iuuenis q fortibus armis  
Acta patris uincet, maiorq; uocabitur illo.  
Ergo ne qcq; mūdus ioue maius haberet:  
Quāuis haud tepidos sub peāore senserat ignes  
Iuppiter æquoræ tethidis cōnubia uitat.  
Inq; sua æacidē succedere uota nepotē  
Iussit & amplexus i uirginis ire marinæ.  
Est sinus æmonix curuos falcatus i arcus.  
Brachia pcurrūt, ubi si foret altior unda  
Portus erat, summis iduatū ē æquor arenis.  
Littus habet solidū: quod nec uestigia seruet  
Nec remoretur iter, nec optum pēdeat alga  
Mirtea sylua subest, bicoloribus obsita baccis.  
Est specus i medio, natura factus an arte  
Ambiguū ē, magis arte tamen, quo sæpe uenire  
Frenato delphine sedens rheti nuda solebas.  
Illic te peleus ut somno uita iacebas  
Occupat, & quoniā p̄cibus tētata repugnas  
Vim parat, inēgens ambobus colla lacertis.  
Quod nisi uenisses uariatis sæpe figuris  
Ad solitas artes auso foret ille potitus.  
Sed mō tu uolucris, uolucrē tamē ille tenebat.  
Nūc grauis arbor eras, hzrebat i arbore pelē?  
Tertia forma fuit maculosæ tigridis, illa  
Territus æacides a corpore brachia soluit.  
Isq; deos pelagi uino sup æquora fuso  
Et pecoris fibris & fumo thuris adorat.  
Donec carpathi9 medio de gurgite uates  
Æacide dixit thalamis potiere petitis.  
Tu mō cū gelido sopita iacebit in antro  
Ignorā laqueis uindloq; inēte tenaci.  
Nec te decipiat cētum mentita figuras  
Sed p̄me qcquid erit: dū quā fuit æte reformet.  
Dixerat h æc prothe9: & cōdidit æquore uultū  
Admisitq; suos i uerba nouissima fluctus.  
Pronus erat titan, inclinatoq; petebat  
Hesperū temone fretum, cū pulchra relicto  
Nereis ingreditur cōsueta cubilia ponto.  
Vix bene uirgineos peleus euixerat artus.



Ille nouat formas. donec sua mēbra teneri  
Sensit. & in partes diuersas brachia tēdit.  
Tūc demū īgemuit. neq; ait sine numine uiticis  
Exhibita ēq; t̄betis. cōfessam amplectitur heros  
Et potitur uotis. īgentiq; implet achille.  
Felix & nato felix & cōiuge peleus.  
Et cui si demas iugulati crimina phoci  
Omnia cōtigerāt fraterno sanguine fontē  
Expulsumq; domo patria trachinia tellus  
Accipit. hic regnū sine ui sine cæde tenebat  
Lucifero geit ore sat̄. patriumq; nitorem  
Ore ferens ceix illo q̄ tēpore mœstus  
Dissimilisq; sui fratrem lugebat adēptum  
Quo postq; xacides fessus curaq; uiaq;  
Venit. & itrauit paucis comitatib; urbē:  
Quosq; greges pecorū & q̄ secū armēta traherat:  
Haud p̄cul a muris opaca ualle reliquit.  
Copia cū facta ē adeūdi prima tyrianni  
Velamenta manu prætendens supplice: quis sit:  
Quoq; satus memorat tantū sua crimīa calat  
Mentiturq; fugæ causam. petit urbe uel agro  
Se iuuet. hūc contra placido trachini; ore  
Talib; alloquitur. medix quoq; cōmoda plebi  
Nostra patēt peleu. nec inospita regna tenent;  
Adiicis huic animo monumēta potētia: clax  
Nomen: auumq; iouē: nec tēpora p̄de p̄cādo  
Quod petis òne feres: tuaq; hæc p̄ pte uocato  
Qualiacūq; uides utinam meliora uideres:  
Et flebat. moueat quæ tātōs causa dolores  
Peleus comitesq; rogāt. quib; ille p̄fatur  
Forfitan hāc uolucrē quæ raptō uiuit: & ònes  
Terret aues semp pennas hūisse putetis.  
Vir fuit. & quāta ē animi cōstātia: tātū  
Acer erat belloq; ferox: ad uimq; paratus.  
Nomie dedalion illo genitore creatus  
Qui uocat auroram cælcq; nouissim; exit:  
Culta mihi pax ē. pacis mihi cura tuēdæ  
Cōiugiiq; fuit: fratri fera bella placebāt.  
Illi; uirtus gentes regesq; subegit:



Quæ nunc thebas agitat mutata columbas  
Nata erat huic cyone, quæ dotatissima forma  
Mille p̄cis placuit bis septem nubilis annis.  
Forte reuertentes phœbus maiq; creatus  
Ille suis delphis: hic uertice cylleneo  
Videre hæc pariter pariter traxere calorem  
Sp̄e ueneris differt i tempora noctis apollo.  
Non fert ille moras: uirgq; mouete sopore  
Virginis os tangit: tactu iacet illa potenti:  
Vimq; dei patitur: nox cœlum sparserat astris.  
Phœbus anū simulat: præceptaq; gaudia sumit.  
Ut sua maturus cõpleuit tēpora uenter:  
Alipedis de stirpe dei uersuta p̄pago  
Nascitur autolicus furtū i geniosus ad omne  
Qui facere assuevit patriæ nõ deneger artis  
Candida de nigris & de cadentibus atra.  
Nascitur e phœbo: nãq; ē enixa gemellos:  
Carmie uocali clarus citharq; philemon.  
Quid peperisse duos & diis placuisse duob;  
Et forti genitore & p̄genitore tonante  
Esse satam p̄dest: an obest quoq; gloria multis?  
Obfuit huic certo, quæ se præferre dianæ  
Sustinuit, faciēq; deæ culpauit: at illi  
Ira ferox mota ē, factusq; placebim⁹ inquit.  
Nec mora curauit cornu neruoq; sagietam  
Impulit: & meritam traiecit arūde linguā  
Lingua iacet, nec uox tētataq; uerba sequuntur  
Conatēq; loqui cū sanguine uita reliquit.  
Quā miser o pietas ego tūc patrioq; dolore  
Corde tuli: fratriq; pio solatia dixi.  
Quæ pater haud aliter q̄ cautes murmura p̄ti  
Accipit, & natā delamētatur adēptam.  
Ut uero ardentē, uidit quater ip̄etus illi  
In medios fuit ire rogos: quater ide repulsus  
Cõcita mēbra fugæ mādāt similisq; iuuenco  
Spicula crabronū pressa ceruice gerenti:  
Qua uia nulla ruit: nã tū mihi currere uisus  
Plus homie ē, alas pedibus sumpsisse putares.  
Effugit ergo omnes, ueloxq; cupidine leti



Vertice parnasi potitur. miseratus apollo  
Cum se dedalio saxo demisit ab alto:  
Fecit auē. & subitis pēdentem sustulit alis.  
Oraq; adunca dedit: curuos dedit ūguib; hamos  
Virtutem antiquā maiores corpore uixes.  
Et nūc accipiter nulli satis æquus i ōnes  
Sæuit aues: aliisq; dolēs fit causa dolēdi.  
Quæ dū lucifero genitus miracula narrat  
De consorte suo cursu festin; ambelo  
Aduolat armētī custos phocæus anetor.  
Et peleu peleu magnæ tibi nūti; adsum  
Cladis ait. quodcūq; ferat iubet edere peleus.  
Pendet & ipse metu. trepidi trachin; oris.  
Ille refert fessos ad littora curua iuuenços  
Appuleram: medio cū sol altissim; orbe  
Tātum respiceret quātū supesse uideret.  
Parsq; bouū fuluis genua iclinarat arenis.  
Lataq; iacēs cāpos spectabat aquarū.  
Pars gradibus tardis illuc errabat. & illuc  
Nantq; alii celsosq; extāt super æquora collo.  
Tēpla mari subsunt. nec marmore clara nec auro  
Sed trabibus densis luoq; umbrosa uetusto.  
Nereides nereusq; tenēt: hos nauita ponti  
Edidit esse deos: dū retia littore siccat.  
Iuncta palus huic ē raris obfessa salietis.  
Quā restagnātis fecit maris unda paludē.  
Inde fragore graui strepitus luca p̄xima terret  
Belua uasta lupus. siluisq; palustribus exit:  
Oblitus & spumis & crasso sanguie rictus:  
Fulmine; rūbra suffusus lumina flāma.  
Qui quāq; sæuit pariter rabieq; fameq;  
Acrior ē rabie neq; enim ieiunia curat  
Cæde bouū diramq; famē finire: sed ōne  
Vulnerat armētum. sternitq; hostiliter ōnes:  
Pars quoq; de nobis funesto saucia morsu  
Dū defensam; læto ē data. sanguie litus  
Vndaq; prima rubet. demugitq; paludes.  
Sed mora dānosa ē: nec res dubitare remittit.  
Dū supest aliqd cūci coeamus ad arma:



Arma capellam? cōiunctaq; tela feram?  
Dixerat agrestis, nec pelea dāna mouebāt.  
Sed memor admissi nereida colligit orbā,  
Dāna suo inferias extitō mittere phoco.  
Induere arma uiros uiolētaq; sumere tela  
Rex iubet œtheus cū quis simul ipse parabat  
Ire sed alcyone cōiunx excita tumultu  
Profilit: & nō dū totos ornata capillos  
Disiicit hos ipsos, colloq; infusa mariti  
Mittat ut auxiliū sine se uerbisq; p̄catur  
Et lacrimis animasq; duas ut seruet in una.  
Aeacides illi, pulchros regina piōsq;  
Pone metus, plena ē p̄missi gratia ueltri.  
Nō placet arma mihi cōtra noua mōstra moueri  
Numē adorādum pelagi est, erat ardua turris  
Arce loci summa, fessis loca grata carnis  
Ascendūt illuc: stratosq; in litore tauros  
Cū gemitu aspiciunt, uastatorēq; cruēto  
Ore rex longos infestū sanguine uillos.  
Inde man? tēdēs i aperti littora ponti  
Ceruleam peles psamaceam ut finiat iram  
Orat, opēq; ferat: nec uocibus illa rogātis  
Fleatit raxide, thetis hāc p̄ cōiuge supplex  
Accēpit ueniā, sed & irreuocatus ab aci  
Czde lupus p̄stat dulcedine sanguinis asper.  
Donec inhærentem lacere ceruice iuuenta  
Marmore mutauit: corpus pariterq; colorem  
Omnia seruauit, lapidis color idicat illum  
Iā non esse lupū: iā non debere timeri.  
Nec tamē hac p̄fugū cōsistere pelea terra,  
Fata sinūt: magnetas adit uagus exul: & illic  
Sumit ab hemonio purgania cædis acbasto.  
Interea fratrisq; sui fratremq; secutis  
Anxia p̄digiis turbatus pectora ceix  
Cōsulat ut sacras hominū oblectamīa sortes  
Ad clariū parat ire deū: nā tēpla p̄phan?  
Inuia cū p̄legiis faciebat delphica phorbas.  
Cōsiliū tamē ante sui fidissima certam  
Te facit alcyone, cui p̄tinus intima frigus.



Offa receperunt. buxoq; simillimus ora  
Pallor obit. lacrimisq; genæ maduere p̄fusis  
Ter conata loqui: ter fletibus ora rigauit.  
Singultuq; pias interrumpere querelas  
Quæ mea culpa tuam dixit carissime mētem  
Vertit: ubi ē quæ cura mei prior esse solebat?  
Iam potes alcyone securus abesse relicta?  
Iā uia longa placet: iā sum tibi carior absens?  
At puto p̄ terras iter ē. tātumq; dolebo  
Non etiā metuam. curæq; timore carēbūt.  
Aequora me terrēt. & ponti tristis imago:  
Et laceras nup̄ tabulas i lictore uidi.  
Et sæpe i tumultis sine corpore nomia legi.  
Neue tuum fallax animū fiducia tangat:  
Quod socrer hippotades tibi sit: q̄ carcere fortes  
Cōtineat uētos. & cū uelit æquora placet  
Cū semel emissi tenuerūt æquora uenti  
Nil illis uetitum ē. in cōmendataq; tellus  
Omnis & òne fretū ē: cœli quōq; nubila uexat  
Excutiūtq; feris rutilos cōcursib; ignes  
Quo magis hos noui. nā noui & sæpe paterna  
Parua domo uidi: magis hos reor esse timēdos  
Quā tua si flecti p̄cibus sententia nullis  
Care potest cōiunx: nimirūq; es certus eundi  
Me quoq; tolle simul: certe iactabimur una  
Nec nisi quæ patiar metuā pariterq; ferem?  
Quicqd̄ erit: pariter sup̄ æquora lata feremur  
Talibus solidis dictis lacrimisq; mouetur  
Sydereus cōiunx. neq; enī minor ignis i ip̄o ē  
Sed neq; p̄positos pelagi dimittere cursus:  
Nec uult alcyonē i partem adhibere pericli.  
Multaq; respondit timidū solatia pectus.  
Nō tamen iccirco causam p̄bat addidit illis  
Hoc quoq; lenimen. quo solo flexit amātem  
Longa quidē ē nobis omnis mora. sed tibi iuro  
Per patrios ignes si me mō fata remittāt:  
Ante reuersur; q̄ bis luna ipleat orbem.  
His ubi p̄missis spes ē admota recursus  
Protin; eductam naualibus æquore tingi:



Aptariq; suis pinū iubet armamētis:  
Qua uisa rursus ueluti præsaga futuri  
Horruit alcyone: lacrimasq; emisit abortas.  
Amplexusq; dedit. tristiq; miserrima tādē  
Ore uale dixit: collapsaq; corpore toto ē.  
At iuuenes: quærente moras ceice reducūt  
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos.  
Aequaliq; iātu scindūt freta. sustulit illa  
Humentes oculos stātemq; i puppe recurua  
Cōcussaq; n̄ anu dāntem sibi signa maritum  
Prima uidet redditq; notas. ubi terra recessit  
Longius atq; oculi nequeūt cognoscere uultus  
Dū licet insequitur fugientem lumie pinum:  
Hæc q; ut haud poterat spatio sumōta uideri  
Vela tamē spectat summo fluitātia malo .  
Ut nec uela uidet: uacuum petit anxia lectum.  
Seq; toro ponit: renouat lectusq; locusq;  
Alciones lacrimas. & quæ pars admonet absit.  
Portubus exierant: & mouerat aura rudentes  
Obuertit lateri pēdētes nauita remos .  
Cornuaq; in summa locat arbore: totaq; malo  
Carbala deducit: ueniētesq; accipit auras .  
Aut min⁹ aut certe medium nō ampli⁹ æquor  
Puppe secabatur: longeq; erat utraq; tellus:  
Cum mare sub noctē tumidis albescere cœpit  
Fluctibus: & præceps spirare ualētius eurus.  
Ardua iā dudū dimittite cornua rector  
Clamat: & antēnis totū subneq;ite uelum .  
Hic iubet ipediūt aduersæ iussa pcellæ.  
Nec sinit audiri uocē fragor æquoris ulla  
Sponte tamē ppant alii subducere remos:  
Pars munire latus: pars uentis uela negare .  
Egerit hic fluctus. æquorq; refundit i equor  
Hic rapit antēnas. quæ dū sine lege gerūtur:  
Aspera crescit byerns. omniq; a parte feroces  
Bella gerūt uenti. fretaq; indignātia miscēt.  
Ipse pauet: nec se quis sit status ipse fatetur  
Scire ratis rector: nec qd iubeatue uelitue:  
Tanta mali moles: tantoq; potētior arte est



Quippe sonant clamore uiri stridore rudētes:  
Undaꝝ incurſu grauis unda: tonitribus æther.  
Fluctibus erigitur cœlumqꝫ æquare uidetur  
Pontus: & inductas aspergine tãgere nubes  
Et mō cum fuluas ex imo uertit arenas  
Concolor ē illis: stygia mō nigrior unda  
Sternitur interdū ſpumisqꝫ ſonātibus albet.  
Ipsa quoqꝫ hīs agitur uicibus trachinia puppis.  
Et nūc ſublimis ueluti de uertice montis  
Deſpicere ī ualles imūqꝫ acherōta uidetur  
Nūc ubi demiffam curuum circūſpicit æquor  
Suſpicere inferno ſummū de gurgite cœlum  
Sæpe dat ingentem fluctu latus ic̄ta fragorē  
Nec leuius pulſata ſonat: q̄ ferreus olim  
Cum laceras aries balistaqꝫ concutit arces.  
Utqꝫ ſolent ſumptis icurſu uiribus ira  
Peccore ī arma feri ꝫ tentaꝫ tela leones:  
Sic ubi ſe uentis cōmiſerat unda coortis:  
Ibat ī arma ratis: multoqꝫ erat altior illis.  
Iqꝫ labant cunei, ſpoliataqꝫ tegmine ceræ  
Rima patet, præbetqꝫ uiam lætalibus undis.  
Ecce cadūt late reſolutis nubibus imbres,  
Inqꝫ fretum credas totum deſcendere cœlum  
Inqꝫ plagis cœli tumefactum ſcādere pontum,  
Vela madent nimbis, & cū cœleſtibus undis  
Aequoreæ miſcentur aquæ, caret ignibꝫ æther  
Cæcaqꝫ nox ꝫmitur tenebris hyemisqꝫ ſuiſqꝫ,  
Diſcutiunt tamen has ꝫbētqꝫ micātia lumen  
Fulmina fulmineis ardeſcunt ignibus undæ,  
Dat quoqꝫ iā ſaltus intra caua tecta carinæ  
Fluctus, & ut miles numero præſtātor omni  
Cum ſæpe aſſiliit deſenſæ mœnibus urbis:  
Spe potitur tandem: laudisqꝫ accēſus amore  
Inter mille uiros mūꝫ tamen occupat unus:  
Sic ubi pulſarūt cœli latera ardua fluctus:  
Vaſtius inſurgēs decimæ ruit ipetus undæ  
Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam:  
Quā nelut ī captæ deſcendat mœnia nauis.  
Pars igitur tētabat adhuc inuadere pinum:



Pars maris itas erat: crepitat haud segni<sup>9</sup> ones  
Qua solet urbs aliis murr fodientibus extra  
Atq; aliis murr trepidare tenentibus intus.  
Deficit ars, animiq; cadunt, totidēq; uidetur  
Quot ueniūt fluxus ruere atq; irrupre mortes  
Nō tēet hic lacrimas: stupet hic uocat ille beatos  
Funera quos maneāt, hic uotis numen adorat:  
Brachiaq; ad cœlum quod nō uidet irrita tollēs  
Poscit opēm: lubeunt illi fraterq; parensq;  
Huic cū pignoribus dōm<sup>9</sup> & quodcūq; reliquū ē  
Alcyone ceica mouet, ceicis ī cre  
Nulla nisi alcione ē, & cū desideret unam  
Gaudet abesse tamē: patriæ quoq; uellet ad oras  
Respicere inq; domū supinos uertere uultus:  
Vex ubi sit nescit, tanta uertigine pontus  
Feruēt: & iudata piceis e nubibus umbra  
Omne latet cœlū: duplicataq; noāis imago.  
Frangitur incursum nubi turbis arb or.  
Frāgitur & regimen, spoliūq; animosa supstes  
Vnda uelut uirax: sinuataq; despicit undas  
Nec leuius q̄ si quis athōn pindumq; reuulsos  
Sede sua totos ī aptum euerteret æquor:  
Præcipitata cadit: pariterq; & pondere & iæu  
Mergit ī ima ratem, cū qua pars magna uiroz  
Curgite p̄ssa graui: nec in aera reddita fatō  
Funga suo ē: alii partes & mēbra carinæ  
Trūca tenēt, tenet ipse manu qua sceptrā solebat  
Fragmina nauigii ceix, socerq; patremq;  
Inuocat heu frustra, sed plurima nantis in ore  
Alcyone coniunx: illā meminitq; refertq;  
Illius ante oculos ut agāt sua corpora fluxus  
Optat ut exanimis maibus tumuletur amicis.  
Dū natat: absentem quotiēs limit hircere fluxus:  
Nomīat alcyonen: ipsiq; imurmurat undis  
Ecce sup medios fluxus niger arcus aquarū  
Frāgitur, & rupta mersum caput obruit ūda.  
Lucifer obscurus quē nō cognoscere posses  
Illa nocte fuit, quoniāq; excedere cœlo  
Nō licuit: densis sua textit uubibus ora.



Aeolis interea tantorum ignara malorum  
Dinumerat noctes, & iam quas iduit ille  
Festinat uestes nam quas ubi uenerit ille:  
Ipsa gerat, reditusque sibi praeiungit ianes.  
Omibus illa quidem supis pia thura ferebat.  
Ante tamen cunctos iunonis templa colebat.  
Proque uiroque pullus erat ueniebat ad aras  
Utque foret sospes coniunx suus utque rediret  
Optabat nullaque sibi praeferret, at illi  
Hoc de tot notis poterat contingere solum.  
At dea non solum pro funesto morte rogari  
Sustinet: utque manus funestas arceat aris  
Iri meae dixit fidissima nuntia uocis  
Vise soporiferam somni uelociter aulam.  
Extinctaque iube caecis imagine mittat  
Somnia ad alcionem ueros narrantia casus.  
Dixerat, induitur uelamina mille colorum  
Iris: & arcato caelum curuamine signans  
Tea petit iussi sub nube latentia regis.  
Est prope chimerios longo spelunca recessu  
Mons cauus: ignari domus & penetralia somni  
Quo nunquam radius oriens mediusue cadensue  
Phaebus adire potest, nebulae caligine mistae  
Exalatur humo, dubiaque crepuscula lucis.  
Non uigil ales ibi cristati catibus oris  
Euocat aurora: nec uoce silentia rumpunt  
Sollicitiue canes: canibusue sagacior anser.  
Garrula nec progne stertentia peccora mulcet  
Non fera non pecudes non moti flammie rami.  
Humanæ uel sonum reddunt conuitia linguae.  
Muta quae habitat, saxo tamen exit ab imo  
Riuus aquae letbes, de quo cum murmure labat  
Inuitat somnos crepitantibus unda lapillis.  
Ante fores antri foecunda papauera florent.  
Innumerisque herbae, quarum de lacte soporem  
Nox legit & spargit pro opacas humida terras.  
Ianua ne uerso stridore cardine reddat  
Nulla domo tota est: custos in limine nullus.  
At medio totus est hebeno sublimis in antro.



Plumeus: unicolor pullo uelamine testus.  
Quo cubat ipse deus membris lagore solutis  
Huc circa passim uarias imitatio formas  
Somnia uana iacet. totidem quot mellis aristas  
Silua gerit frondes. eiecit litus arenas.  
Quo simul intravit matrisque obstata uirgo  
Somnia dimouit uestis fulgore reluxit  
Sacra domus tarda: deus grauitate iacentes  
Vix oculos tollens iterque iterque relabens  
Summaque percutiens nutati pectora mento  
Excussit tandem sibi se cubitumque leuatus  
Quid ueniat: cognouit enim: scitatur at illa  
Somne quies rex: placidissime somne deorum  
Pax animi: que cura fugit: qui corpora duris  
Fessa ministeriis mulces: reparasque labori:  
Somnia que ueras æquat imitatio formas:  
Herculeam trachina iube sub imagine regis  
Alcyonen adeant: simulacraque naufragi tingant  
Imperat hic iuno postquam mandata peregit.  
Iris abit. neque enim ulterius tolerare soporis  
Vim poterat: labique ut somnum sensit in artus  
Effugit & remeat per quos modo uenerat arcus.  
At pater e populo natoque mille suorum  
Excitat artificem simulatoremque figuræ  
Morphea: non illo iussos solertius alter  
Exprimit incessus: uultumque sonumque loquendi.  
Adiicit & uestes & consuetissima quæque  
Verba: sed hic solos homines imitatur: at alter  
Fera: fit uolucris: fit longo corpore serpens.  
Huc icon superi: mortale phæbetora uulgus  
Nominat. est etiam diuersæ tertium artis  
Panthasos. ille in humum saxumque undaque trabemque  
Quæque uacant anima fallaciter omnia transit.  
Regibus hi ducibusque suos ostendere uultus  
Nocte solent. populos. alii plebemque perrant.  
Præterit hos senior. cunctisque e fratribus unum  
Morphea qui pagat thumacidos edita somnum  
Eligit. & rursus molli lagore solutus  
Deposuitque caput stratoque recididit alte.



Ille uolat nullos strepitus facientibus alis  
Per tenebras, intraq; moræ breue tēpus ī urbē  
Peruenit hem oniam, positisq; e corpore pennis  
In faciem ceicis abit, sumptaq; figura  
Luridus exāgūi similis sine uestibus ullis  
Coniugis ante thoy, miseræ stetit uida uidetur  
Barba uiri: madidisq; grauis fluere unda capillis,  
Tū lecto incūbens fletu sup ora p̄fuso  
Hæc ait: agnoscis ceica miserrima coniunx,  
An mea mutata ē facies nece? respice nosces,  
Inueniesq; tuo pro cōiuge coniugis umbrā,  
Nil opis alcyone nobis tua uota tulerūt,  
Occidim? falso tibi me p̄mittere noli  
Nubilus ægæo deprændit ī æquore nauem  
Auster: & ingenti iactatam flamæ soluit,  
Oraq; nostra tum frustra clamātia nomē  
Implerūt fluctū, nō hæc tibi nuntiat auctor  
Ambiguus: nō ista uagis rumoribus audis:  
Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo,  
Surge age da lacrimas: lugubriaq; idue: nec nē  
Indeploratum sub inania tartara mitte,  
Adiicit hīs uocē morphe? quā cōiugis illa  
Crederet esse sui: flet? quoq; fundere ueros  
Visus erat: gestūq; manū ceicis habebat,  
Ingemit alcyone, lacrimas mouet atq; lacertos  
Per somnū corpusq; petēs aplectitur auras,  
Exclamatq; mane, quo te rapis ibin? una:  
Voce sua spetieq; uiri turbata soporem  
Executit, & primo si sit circumspicit illic  
